



Del Col. del Comte de Verac

F



D  
Ex  
pri  
Inqu  
v

m v

A

Del Col<sup>p</sup>. della Com<sup>a</sup> de Pisa de Gran  
IN  
ECCLESIA.  
STEN SALOMO-  
IS ANNOTA-  
TIONES.

R. 12480

Piæ & eruditæ, pro concione enat-  
Ex iuris ratae, anno M.D.XXXIIII.

Moguntiæ,  
Inquisitio. Per F. Ioannem Ferum  
Mogunt. adis Cor. [redacted]

INVICTU T E,



FORTUNA.

LVGDVN

Apud Gulielmum Rouillium  
Et 2 sub Scuto Veneto.

1557.

2. a. 8.

38

PSAL. XLI.

Intelligite insipientes in populo , &  
stulti aliquando sapite.

PSAL. LII.

Fili⁹ hominum vsquequo graui cor-  
de: vt quid diligitis vanitatem,  
& queritis mendacium?

ECCLESIASTICI II.

quas nationes , & scito-  
habuit in Domino , &  
s permanxit in timore  
est? aut quis inuocauit  
eum, & uicipexit illum? Vae autem his , qui  
duplici sunt corde , labiis scelestis , mani-  
bus male facientibus , & peccatori terram  
ingredienti duabus viis.

PSAL. XLIX.

Intelligite hæc , qui obliuisci minū,  
Deum , ne quando rapiat , &  
non sit qui eripiat.

DEDICATORIA.

CARMEN IN HV-  
LVS LIBEL COME

Oculus approparet longas Regum per oras.  
 Et solymis multi Regia tecla petunt.  
 Audire ut licet sapientia verba Prophetæ,  
 Diuinum nomen qui sapientis habet.  
 Sape sed ut grauter, sic multis multa locutus,  
 Iudicium vulgi quæ superare queunt.  
 Quæ superare queunt ebtus ardua mentes,  
 Et sensus quæ non prendere quisque potest.  
 Haec facil' calamo Ferus omnia ponit aperte,  
 Ante oculos nihil ut clarius esse queat.  
 His legitur Sophie qui verè nomine gaudent,  
 Chars erit Salomon, ne minus iste Ferus.  
 Non opus est solymis cœlesti numine Regem,  
 Quarant ornatum per freta pcrq; vias.  
 Quis si domi poterit Salomonē audire loquente,  
 Si domini librum comparet ille Feru.





P R A E F A T I O.

**V**enite filii, audite me: timorem domini docebo vos. Triplex in Ecclesia doctrinæ genus habetur. Horum primū est, doctrina fidei. Secundum, doctrina vitæ & morum. Tertium consistit in exhortatione. Et hoc quidem ultimum non minus Ecclesiæ Dei necessarium est, quam priora illa duo, potissimum hoc tēpore. Nemo enim est qui nesciat, quid credendum, quidque faciendum sit: sed quotusquisque hæc factis & vita exprimit. Vnde & Paulo, cum officia & ministeria Ecclesiæ enumeraret, non satis videbatur dixisse: Qui docet in doctrina, nisi adderet: Qui exhortatur in exhortando. De codem hoc doctrinæ genere etiam alio loco dicit: Insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa, &c. Ad hoc autem pulchritudinem deservire videtur Ecclesiastes Salomonis, ob id eum tractandum assumpsi. Cæterum in exordio huius libri, tria nobis attendenda sunt: nempe quis sit eius author, cur voce-

tur Ecclesiastes, & quæ sit intentio vel scopus huius libri. Quod ad primum attinet, certum est Salomonem esse huius libri auctorem, non quod ipse eum scripsérit: sed quod per familiares aliquot & diligentes homines huiusmodi sententiaz ex ore eius exceptæ sint, & in hunc librum congestæ. Vnde & nō obseruatur ordo in hoc libro. Alia enim subinde gnome aliam sententiam habet. Nemo autē ex eo offendatur, librumque hunc minus authenticum aestimet quod de Salomone scribitur: In senectute cor eius depravatum per mulieres. Non enim semper malus, sed ab exordio spiritu & sapientia Dei plenus fuit, ut interim taceam, non raro fieri, quod Deus etiam per malos, aliis bene facit. Sic enim per quosdam nedium doctrinam salutis, verum etiam sanitates impartiit, quibus ramen in iudicio diceret: Non noui vos. Discidite à me operarij iniquitatis. Malitia enim hominū, nihil officere potest Dei donis. Nec eò minus nobis commendata esse debent Dei dona, si mali sint, per quos nobis ea ministrat. Dona Dei inspiciēda sunt non ministri. Et non quis, sed quid dicitur, attendendum. Constat autem Salomonem habuisse verbum Dei. Sic enim scripsit Reg. 5: Ecce dedi tibi cor sapiens & intelligentia,

gens, intatum, ut nullus ante te similis tui  
fuerit, nec post te surrecturus sit. Librum  
igitur hunc accipiamus ut verbum Dei, &  
a Deo, non a Salomone, qualiscunque ipse  
Salomon fuerit. Præterea Ecclesia (qua co-  
gnoscit vocem Christi, nec audit alienos) Ioan. IO  
hunc librum ut Canonicum recepit. Secu-  
reigitur eum legere & audire possumus.  
Quod ad nomen attinet huius libri obser-  
ua, quod Salomon tria nomina habuit. Pri-  
mò enim dictus est Salomon, hoc est pacifi-  
cus, quia dixerat dominus ad David: 2. Par. 12  
Filio tuo dabo requiem, &c. Secundò a Nathan  
propheta dictus est Idida, hoc est amabilis  
domini: eo quod dominus eum diligeret. 2. Reg. 12  
Tertiò dictus est Coheleth, id est Ecclesiastes, vel concionator. Atque hinc nomen  
accepit liber hic, non quod Salomon fue-  
rit concionator, publiceque in templo do-  
cuerit (hoc enim sacerdotum officium  
erat) sed ideo nominatur hic liber Eccle-  
siastes. Primò, quia Salomon haec verba co-  
ram aliis locutus est, vel in comitiis princi-  
pum, vel coram domesticis suis. Deinde di-  
citur Ecclesiastes, ut innuat verba huius  
libri ad omnes homines pertinere: quem-  
admodum concionator non ad unum ali-  
quem, sed ad omnes dirigit sermonem. Præ-  
terea etiam ideo Ecclesiastes dicitur, quia

concionatoris præcipuum munus est, omni studio & diligentia homines à propriis cogitationibus, cōsiliis & fiducia abducere, ad iolius autem Dei timorem inuitare: hoc autem toto libello agitur, & quidem pulcherrime. Postremò etiam ideo Ecclesiastes dicitur, quia sicut in concione sententia proponitur, per quam tumultuosæ turbæ seditio comprimatur, & ubi multi diuersa sentiunt, per concionantis rationem ad unam sententiam perducuntur. Sic Salomon hoc libro nonnunquam in persona multitudinis loquitur, tandem autem veram sententiam proponit, cum

Infr. 6. 12.

dicit: Finem sermonis audiamus, &c. Scopus autem & intentio huius libri est, non ut aliqui volunt cōemptus creaturarum. Non enim damnatur creatura, sed prauus affectus hominū, qui non sumus contenti præsentibus creaturis Dei & earū ysu, sed semper anxijs & solliciti accumulare diuitias, honores, &c. quasi perpetuò hic victu- ri simus, fastiditis interim illis quæ ad- sunt. Fraudamus nos ysu bonorum præsentium, & frustra affligimur de acquirendis. Hinc Ovidius:

*Quod licet ingratum est, quod non licet, acris  
rit:*

*Quod sequitur fugio, quod fugit ipse sequor.*

Item,

Item.

Nemo sua forte contentus viuit & intra,

Fortunam dedit nemo manere suam.

Hanc cupiditatem damnat liber hic. Deinde damnat etiam insanum illud studium hominum, quo querunt temporalia, neglectis spiritualibus & aeternis. Tertio docet nos, ut cum gratiarum actione utramur rebus presentibus, quae nobis Dei benedictione donantur, sine sollicitudine futurorum, tantum ut tranquillum & quietum cor habeamus. Postremo libellus hic recta nos dicit ad timorem & fiduciam in Deum, adeoque summatim comprehendit quod Paulus ait: Circuncisio nihil est, neque pretium, neque servitus, neque dominatio: sed obseruatio mandatorum Dei. Sic in hoc libro probatur, quod ad pacem, tranquillitatem, piam, constantemque & bonam aut iucundam vitam agendam, nec eruditio, nec gaudium, nec potentia carnalis, nec diuitiae, neque voluptates, nec ocium quicquam conferant, sed tantum timor Dei & fiducia in Deum: haec praestant iucundam vitam. Hac de intentione & scopo huius libri. Nunc Salomonem audiamus.

ANNO

ANNOTATIONES  
IN ECCLESIA-  
STEN SALO-  
MONIS.

## CAPVT I.



ERBA Ecclesiasticis, filij  
Dauid regis in Hierusalem.  
Titulus est libri, quo mi-  
rum in modum auditores  
attētos facit (habet enim  
& scripture suā Rhetori-  
cam, verum non solam.) Primō cum dicit:  
Verba Ecclesiastis, ostendit non hominis  
verba esse, sed Dei. Cōcionatoris enim est,  
Dei verbum p̄dicare. Addit: Filij Dauid,  
vt qui Dauidem ins̄gnem Prophetā agno-  
scit, etiam à filio eius magnum aliquid ex-  
pectet. Addit: Regis, vt eo attentiores si-  
mus, quò rarius est regem concionari. Ad-  
dit nomen loci, vt cum agnouerimus eum  
fidelē fuisse regē, expectemus ab eo verba  
fideli homini digna, non gentiliū fabulas.  
Vides scripturā sacram non carere Rheto-  
rica, contra eos, qui vt minus ornatā &  
humilem eam contemnūt. Obserua hic Salo-  
nis

ONITA

nis pium animū, qui tametsi rex esset, non tamen soli gladio carnali confidebat, sed omnium maximē se occupabat verbo Dei. Errant igitur, qui putant indignū esse principibus, libros legere, cū lex in primis præcipiat regi, ut legem secum habeat descri-  
ptā, &c. Huc pertinet quod etiā Ethnici dixerunt: Beatas fore respuplicas, si aut Philosophi imperent, aut reges philosophen-  
tur. Quantum autē utilitatis & honorū secum vehat, sicubi rex ipse legis Dei non sit ignorans, satis declarant David & Salomon, Ezechias, Iosias, &c. sub quibus felicissime viuebant Iudei. In summa, ad publicam pacem seruandam, non minus, imò plus facit sapientia ē verbo Dei, quam gladius & potentia carnalis. Obserua item, qualia fuerint verba Salomonis in conuiuiis, & coram aulicis suis, nempe de timore Dei. Erubescant igitur principes nostri, qui nihil audiunt vel loquuntur, nisi mundana.

**V**anitas vanitatum, dicit Ecclesiastes: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Hebraismus est. Quia enim Hebrei non habent superlatium aut comparativum, coguntur eos gradus per compositionem vel geminationem exprimere. Sic, Canticum cantorum, dicunt, pro eo quod est summum & excellentissimum canticum. Et quemad

quemadmodum nos dicimus, Virgo virginum, Flos florum: eodem modo & hic, Vanitas vanitatum, id est summa vanitas dicitur. Vanum autem hoc loco appellatur quod inconstans, inutile, inane & nudum est, cuique inniti non possumus. Sic fumus res magna videtur, sed vanum quid est, quia inane, statim disparet. Vide igitur mirabilem huius regis concessionem, qui statim primo verbo damnat hominum, etiam sapientissimorum, omnia studia. Neque id semel tantum, sed geminando. Imo, quod hic in generali dicit, hoc in sequentibus particularibus exemplis probabit, ut hoc primum verbum sit quasi summa totius libri. Reperendum hic est, quod Salomon non damnat creaturem. Cuncta enim quae fecit Deus, sunt valde bona, & in usum hominum facta. Vnde Paulus:

**T. Timo. 4** Omnis creatura Dei bona, &c. Vanas autem dicit creaturem, non in se, sed in comparatione ad Deum. Sicut enim igniculus lucernarum res quidem utilis est in nocte, sed orto sole, videtur quam nihil sit comparatio-

**Exod. 34** ne ad lumen solis. Et sicut claritas Moysei magna quidem erat in veteri Testamento, adeo, ut non possent filii Israël intendere in faciem eius: ipsa tamen nihil est ad claritatem Christi. Sic aspiciens rerum multiplicitatem, admiror quidem operum magnitudinem

tudinē: Recogitās autē omnia hæc pertrāſire, solumque Deū semper esse & permane-re, cogor bis dicere, Vanitas vanitatū: quæ 2.Cor.4 enim vidētur, temporalia sunt: quæ nō vi-dentur, æterna. Deinde ideo vanæ dicuntur creaturæ, nō q̄ in se nihil boni habeāt (sunt enim Deo refertissimæ.) Sed q̄ impiis va-næ sunt qui cū solas creatureas arripiāt, Deū autē in ipsis latētē nō videāt, vacui tandē & ieuni ab omnibus creatureis abscedūt, etiā si longo tēpore eis vītiāt. Vult igitur Salo-mon, vt nō in creatureis, sed in solo Deo spē & fiduciam collocemus. Creature enim ad hoc creatæ sunt, vt eis vtamur, nō vt in eis cōfidamus: sic autem carnalis homo nescit vti creatureis. Deinde subindicat Salomon, vt in creatureis Deū quę ramus (quod tūc sit, cū fide eas aspicimus, & cogitamus, q̄s eas fecerit, & propter quid) alioqui vanæ nobis erunt creature, imò indigne ipsis vremur. Maximè autē refertur hoc verbū ad ipsum hominē. Nam vanus est homo, & vani sunt dēs eius conatus & studia circa creatureas.

**Q**uid habet amplius homo de rniuerso la-bore suo, quo laborat sub sole? Subin-tellige, quā vanitatem, hoc est, quantumuis homines suis consiliis & studiis ducantur & trahantur, in tantis tamen conatibus quid habet nisi vanos labores? Neq; enim fruuntut

fruuntur præsentibus, nec absentibus: quia non habet cor quietum, spiritualia & æterna non querunt, temporalia retinere non possunt: sic igitur inter cælum & terram suspensi feruntur, & planè nihil efficiunt. Emphaticè igitur accipiendum, quod dicit: De labore suo, quo verbo significat, se non loqui de operibus Dei, in quibus & salus & sanctitas consistit, sed nec de labore ma-

*Gen. 3* nnum externo. Hic enim præceptus est: verum de interno animi labore, ærumna, afflictione & cura. Labor externus non est vanus, quia est medium, quo Deus nobis temporalia ministrat, sed nimia illa cura

*Matt. 6* & sollicitudo vana est. Quis enim cogitans potest adiicere, ad staturam suam cubitum unum? Nec etiā loquitur de operibus pietatis. Ea enim non sunt vana, sed ingentem

*Matt. 10* afferunt mercedem. Amen (inquit) dico vobis, non perdet mercedem suam, qui vel solam aquam frigidam dederit discipulo.

*Psal. 103* Ideo addit: Sub sole. Sol enim ad hoc oritur, ut egrediatur homo ad opus suum, ut seruat in rebus corporalibus. Loquitur igitur de studiis & laboribus, quos circa mundana citra timorem Dei impeditimus, hi vani sunt. Quanti enim constant hominem honores, dinitix, scientia, &c. Ecōtra, quantū secū afferunt curarū, molestiarum, insid

insidiarum? &c. An nō frustra laborauit Iu-  
lius Cæsar? & ceteri? Is solus labor non est  
vanus, quē ad implenda Dei mādata, inque  
rebus salutis impedimus, quantumcunque  
mundus iudice, vanū esse qui seruit Deo.

Malae. 3

**G**eneratio præterit, & generatio adue-  
nit, &c. Mirum in modum se hic tor-  
serunt expositores, sed facile intelliges. si  
scopum huius libri attendas, id quod in o-  
mnibus libris sacræ scripturæ obseruan-  
dum est: alioqui facile aberrabis, aliterque  
expones, quā Spiritus sanctus intendit. Di-  
cturus igitur Salomon de vanitate homi-  
nis, hic ex ipsis creaturis ac elementis pro-  
bat hominis vanitatē, & velut exemplis eā  
ostendit, quasi diceret: Ipsæ res creatæ ar-  
guunt hominis vanitatem: successiones  
rerū manent ut ordinavit Deus, terra con-  
sistit in sua stabilitate, sōl, aér, aqua, & c. in  
quibus versantur homines, consistunt, sua  
certa lege eunt, redeunt, mouentur, &c. Ica-  
vr ordinata sunt, habēt certas vices. nō flu-  
stant, nec aberrat, sed agunt quod debet.  
Homines vero, qui in istis stabilibus rebus  
versantur, non sic agunt, sed fluctuant nu-  
tant varietate suorū affectuū & conaturum.  
Instabilissimi, non contenti suis terminis,  
negotiis, vocationibus, &c. Vel aliter, vt  
sit quedam similitudo, quasi diceret: Sicut

generatio alia præterit, alia venit, & sicut  
sol cursum suum semper seruat, itemque a-  
quæ: sic homines nō cessant imitari anteces-  
tores suos qui studuerunt vahitati. Et sicut  
illi nihil effecerunt, sic & nos nihil effici-  
mus. Nemo aliorū exemplo emēdatur, aut  
aliorū periculo sit cañior. Omniū homi-  
num studia sic oriuntur, occidunt, eunt, re-  
deunt, manent, vt fuerunt semper. Possu-  
mus etiam hunc locum sic intelligere, vt sit  
confutatio eorū, qui vanissimo studio (quia  
sine Deo & verbo eius) rerum naturas inue-  
stigare conantur. Hi enim in vanū laborāt,  
quia nihil certi adferre possunt, præter ea  
qua videmus & experimur. Denique vbi-  
que impingunt, semp̄que inter se dissiden-  
t opinionibus, vt nescias cui credendū  
sit. Vnde & prouerbiū ortū est: Facilius in-  
ter horologia, quā inter Philosophos cō-  
uenire. Obserua autē, quod Salomon non  
damnat aut contemnenda docet ceu vanas  
& inutiles speculationes, cognitionem na-  
turæ, atque adeò Philosophiar̄ studia: nā &  
Salomon ipse naturas rerū inuestigauit. Sic  
3. Reg. 4 enim de ipso legimus: Disputauit Salomon  
de lignis à cedro, quæ est in Libano, vsque  
ad hyssopum, item de iumentis, volatili-  
bus, reptilibus, &c. Atque hæc ipsa na-  
turæ cognitio ad hoc ei profuit, vt recte ia-  
dicare

dicare posset, inter duas mulieres quæ esset  
vera mater pueri. Ad hæc videamus earum 3. Reg. 3  
artium etiæ nobis magna & multa esse cō-  
moda, quæ quotidie versantur ob oculos,  
ut patet in medicinis & aliis. Imò ipsa scri-  
ptura sacra plena est metaphoris, & parabo-  
lis à rerum natura sumptibus. Quale est illud:  
Renouabitur, ut Aquilæ iuuentus tua. Itē, Psal. 102  
Sicut Aquila prouocat ad volandum pullos Deut. 32  
suos. Item, Quemadmodū desiderat cervus Psal. 41  
ad fontes aquarū, &c. Item, Vade ad formi- Prover. 6  
cam ò piger, &c. Denique in libro Iob, ad- Job 38.  
modum diffusè loquitur Deus ipse de natu C 39  
ris rerū. Non igitur damnatur scientiæ, &  
omniū minime inuestigatio naturarū, sed  
damoatur cordis humani vanitas. Primo,  
quod semper plura scire appetit quā oport-  
teat: hoc enim nedū vanū est, sed & perni-  
ciosum. Huius exēplo sint primi parētes, &  
omnes heretici. Secundò, quod plerūq; ma-  
gis intendit curiosis, quām his quæ necessia-  
ria sunt. Tertiò, quod nō debitū finem sibi  
præstítuit. Non enim studet ut melior fiat,  
vel ut Deū cognoscat, sed tantū ut sciāt, vel  
ut pecunias aut honores accumulet. Quar-  
tò, quod tantum propriatione creaturas  
aggreditur sine Deo aut verbo Dei: quo fit,  
ut plerūque impingat, nihilque fructus in-  
de referat. Id quod exēplis quathor probat

b 2



Salomon. Horum primum est quod ait:

**G**eneratio præterit, & generatio aduenit: **T**erra autem in æternum stat. Quis ne-  
scit, quām varie fuerint opiniones Philo-  
sophorum de mundo? Stoici, Thales &  
Aristoteles, vnum duntaxat mundum esse  
dixerunt: Contrà, Democritus, Epicurus,  
Metrodorus, innumeros esse mundos opl-  
nati sunt. Aliqui dicunt mundum esse ani-  
matum, & ratione ac prouidentia gubernari:  
Alij contrarium affirmant. Pythagoras & Stoici, mundum habuisse principiū  
dicunt, eundēmque iterum posse dissolui:  
Aristoteles vtrunque negat. Quòd si op-  
niones Philosophorū de rerum principio  
quis attendat, nihil certi inueniet. Thales  
principiū rerū dicit esse aquas, Anaxime-  
nes verò aërem, Anaximāder infinitum re-  
rum initiu esse æstimat. Anaxagoras sub-  
tiliorem puluerem sive Atomos, Pythagora  
numerum cum suis proportionibus, Heraclytus ignem, Empedocles pacem & li-  
tē. Vides sola ratione nihil certi inuestigari  
posse. Cui enim ex his credendum est, cum  
singuli fuerint sapientes, & quilibet ratio-  
nes afferat pro sua opinione? Qui igitur  
certum aliquid & fructuosum de his rebus  
inuestigare voluerit, adferat secum domini  
verbū, tūc enim utiliter natus rerū inve-  
stigabis

stigabis veniesque in cognitionem Dei. Sic primum caput Genesij docet, vnde sit mundus, & quod eius principium: In principio Gene. 1 (inquit) creauit Deus cælum & terram, &c. Idem caput docet vnde sit generatio rerū, nempè ex hoc verbo: Germinet terra, &c. Item, Crescite & multiplicamini. Hic igitur salubriter extendes speculationem, cogitando verbi Dei potentiam, &c. Deinde ex verbo Dei disces, vnde sit corruptio hominum, nempè ex peccato, & hic igitur extende contemplationem tuam. Præterea ex verbo Dei habes, vnde sit stabilitas terræ. Dominus (inquit) fundauit terram super sta-Psal. 103 bilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi. Fides igitur huiusmodi verbis Dei illustrata & edocta, cor pacificat, quod nunquam pacificatur hominū opinionibus.

**O**ritur sol & occidit, & ad locum suum reuertitur: ibique renascens, gyrat per meridiem, & fleétitur ad Aquilonem. Alio exemplo probat, quām frustra laboret homo rerum naturas inuestigando, ex sola ratione sine verbo Dei. Multa etiam de sole & stellis Philosophi docuerunt: sed quia inter se contrarij suar, certificare nos non possunt. Imò, nihil certius docent, quām quod omnes videmus & experimur, nempè solem oriri & occidere, idque perpetuū. Qui

autem verbum Dei fide apprehensum secum adduxerit, is ubique propitiū inuenit  
*Genes. i.*

*Deum. Sic enim dicit scriptura: Fecit Deus duo luminaria magna, &c. Hic securè speculari poteris. Videbis enim immensam*

*Matth. 5* *Dei bonitatem, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, &c. Si autem sola ratione solem aspiceris, multum quidē molestiar, sed parum fructus senties.*

*L*et us, & in circuito suos reuertitur. Etiam circa ventos variae sunt Philosophorū sententiae. At quid certi illic inuenies, cū nec in numero ventorum conueniant? Conetur homo ratione sua quicquid voluerit, nihil tamen certius inueniet de ventis, præter id, quod cōmuni s habet cursus, nempe quod vetus vel spiritus huc & illud spirat,  
*Ioan. 3* sicut in Euāgeliō dicitur: Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis unde veniat vel quo vadat. Quòd si certum quid de ventis inuestigare vis, quod & utile sit,

*Psal. 134* verbum Dei arripe, & videbis in ventis po-

*Psal. 148* tentissimum Deum. Dominus (inquit David) producit ventos de thesauris suis. Itē, Spiritus procellarū faciunt verbū Domini. Hinc disces, unde aut quare spirent venti, nempe ex secreto sapientiæ Dei, & ad

*Psal. 47* exequendam iram eius ut Psaltes dicit: In spiritu

spiritu vehementi conteres naues Tharsis.

**O**mnia flumina intrant mare, & mare non redundat, ad locum unde exirent flumina resurgentur, ut iterum fluant. Etiam circa mare nihil noui potuit inuenire ratio, prater id quod omnes videmus, nempe quod omnia flumina intrant mare, &c. Multum se torserunt Philosophi circa mare. Primo unde sit quod falsum est. Deinde, unde proveniat eius cursus & recursus, praterea quod omnia flumina suscipit, nec tam ob id excrescit. Nihil tamen hic certi adferre potuerunt Philosophi, sed admodum sibi inuidem discordant. Sola fides in verbum Domini hos nobis scrupulos eximit. Sic enim in Iob Dominus loquitur: Quis conclusit Iob 38 ostii mare, &c. Et paulo post: Ego, inquit, circundi illud terminis meis, & posui vetem & ostia, & dixi: Usque huc venies, & non procedes amplius, & hic cōfringes tumultus fluctus tuos. Ex hoc verbo fides sufficienter edocet, quod sola manus omnipotentis Dei maris impetus cohipeat. Videt etiam ex hoc fides, Dei erga nos prouidentiam & gratiam, quam tam manifesto exemplo declarat, ne demergamus aquis. Praterea, hinc discit bene sperare de Deo, in quibus liber aduersis. Si enim Deus tamquam elementum prohibere & coercere

**1. Cor. 10** potest, ut non possit ultra quam ipse vult,  
quanto magis in aliis hoc potest? Fidelis  
Deus non patitur nos tentari supra id quod  
possimus. &c.

**C**unctae res difficiles. Non potest eas ho-  
mo explicare sermone. Hieronymus  
transtulit, Omnes sermones graues. Iuxta  
hoc igitur hunc habet sensum, quasi dice-  
ret, Se quidem velle dicere de vanitate hu-  
mana, verum eam latius patere, quam ut  
per omnia negotia hominum receseri pos-  
sit, quemadmodum & Persius exclamat:

*O quantum est in rebus inane.*

Et alius:

*Nemo viuit sua sorte contentus, O intra  
Fortunam didicit nemo manere suam.*

Quis explicare posset, quid vel quan-  
tum concupierit Iulius, quid Alexander,  
quid Pompeius, &c. Affectus semper sunt  
maiores quam possint esse verba. Possu-  
mus & hunc locum de rebus creatis intel-  
ligere, iuxta translationem nostram: Cun-  
cta res difficiles, &c. Nemo siquidem est,  
qui vel minimi animalculi naturam ad ple-  
num possit inuestigare propria ratione. Si  
**Sap. 9** autem difficile æstimamus quæ in terra  
sunt, quæ in cælis sunt quis apprehendet?  
Vide igitur, quanta sit hominis vanitas,  
qui propria ratione nedum terrena, sed &  
cæle

celestia & diuina inuestigare conatur, quod  
tamen nunquam assequi potest. Vanum  
item est de propria scientia intumescere,  
cum semper plura sint quæ nescias, quam  
quæ scias, id quod & Philosophi quidam  
agnouerūt, & ingenuè fassi sunt. Omnium  
autem maximè vanum, imò impium est,  
propria ratione velle Dei & naturam & iu-  
dicia inuestigare: qui enim hoc conatur,  
præter id quod frustra laborat, etiam nus-  
quam non impingit. De quo plura apud  
Esdras. Praefat igitur ante omnia cordi 4. Esdr. 4  
imprimere, quod Salomon hic dicit: Cun-  
& res difficiles, &c. Qui enim hoc com-  
petrum habuerit, non se ingeret his quæ  
excedunt facultatem eius. Deinde, Dei au-  
xilium implorabit. Postremo, cælesti illud  
lumen, hoc est, verbum Dei secum sumet.  
Tunc intellectu faciles erunt omnes res.  
Difficile est inuestigare naturas rerum, sed  
facile fiet, si attendas scripturam dicentem:  
Omnia propter semetipsum creavit altissimus, hoc est, ut sua appareat bonitas, po-  
tentia & sapientia. Sic facile videbis quæ  
sit natura Dei, si attendas quid passim de  
eo dicat scriptura. Sic non te offendent in-  
scrutabilia Dei iudicia, si cum Psalmista ca-  
nere didiceris: Justus es Domine, & rectum  
iudicium tuum.

**N**on satiatur oculus visu, nec auris auditus impletur. Potest & hoc dupliciter accipi. Primo, ut sit quasi exemplum, probans vanitates hominum non satis posse explicari. Si enim oculus non saturatur, quanto minus cor, quod est quasi vorago semper hians, omnia enim cupid, et si omnia allequeretur, tamen quereret plura. Exemplum sit Alexander magnus, cui totus non sufficiebat mundus. Si igitur demo narrare sufficit ea tantum studia, quæ captamus auri bus & oculis, quis vel eloquentissimus possit explicare affectus vanissimi cordis? Pra Hier. 17 uum est enim cor hominis & inscrutabile, &c. Secundo, possumus hunc locum de rebus ipsis intelligere, ut sit sensus, Rationis humanae consilium in omnibus rebus est vanum & irritum: Nuspiā inuenitur quies aut satietas. Et sicut hydropicus quod plus bibit, eo plus sitit; sic homo quod plus temporalibus inhiat, eo minus satiatur, & conquiescere potest. Fecisti nos Domine ad te (inquit Augustinus) & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Vides igitur etiam hic vanitatem hominum, quod his rebus se occupat, quæ non possunt quietare appetitum eius.

**Q**uid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est? ipsum quod

quod faciendum est. Videntur hæc verba con-  
tinentare opinionem Epicuri, qui dixit per  
aliquot annorum centenarios mundum re-  
uolui, & omnia in suum statum redire, sicut  
ali quando fuerunt. Sed nihil minus hic fa-  
cit Salomon. Erronea enim est hæc opinio.  
Possumus autem hunc locum primū intel-  
ligere de ipsis rebus, quarum aliquas supra  
enumerauit, videlicet de mole terrarum,  
ortu solis & occasus, &c. Itēmque de naturis  
rerum in principio creatarum, &c de succeſ-  
ſione earum, quod nihil nouū in creaturis  
inuenitur, quod ante non fuerit, nihil præ-  
teritum quod post non fiat. Ab initio enim  
& nati & mortui homines sunt, &c. Sic de  
aliis creaturis. Quales fuerunt, tales adhuc  
sunt. Requieuit Deus die septimo à noua-  
rum creatione naturarum, non tamen à gu-  
bernatione earum. Iuxta illud: Pater meus *Ioan. 5*  
usque modò operatur, &c. Vel aliter intel-  
ligitur hic locus de ipso homine: Quales  
fuerunt homines olim, tales sunt & nasci.  
Adam fuit superbus, sui amans, magna con-  
cupiscentia: Cain inuidus, Alexander quarus,  
Iulus ambitionis, &c. huiusmodi affectus  
etiam in nobis sunt. Item, sic affectus est ho-  
mo post paratam rem, sicut fuit ante para-  
tam rem. Animus nunquam expletur. Ale-  
xander etiā parto orbe, nihil habebat plus  
quam

quām antea. Hoc igitur verbo significatur ille irrequetus & insatiabilis appetitus & vanitas cordis humani, quod non potest satiari rebus præsentibus.

**N**ihil sub sole nouum : nec valet quisquam dicere, Hoc recens est. Iam enim præcessit in seculis, quæ fuerint ante nos. Signanter dicit, Sub sole. Non enim loquitur de operibus gratiæ Dei, è qua subinde plura noua facit. Natiuitas enim Christi, nouum quid est: Mater virgo nouum est. Sic promittit se noua omnia facturum, &c. Sed vel loquitur generaliter de successionibus & operationibus creaturarum, quæ eodem modo operantur & sibi succedunt sicut ab initio. Vel specialiter de hominis affectibus. Nulli enim sunt noui affectus in homine, sed semper idem manent. Maiores creaturis Dei abusi sunt, sic & nos: Impij fuerunt, sic & nos: ædificarunt, bella gesserunt ut nos. Nihil igitur nouum. An non vanitas & miseria est, quod humanum genus tanto tempore in terra fuit, tot incitamenta ad bonum habuit, nec tamen in aliquo melioratum est. Potest & sic intelligi, quodd omnia prius fuerunt in præscientia Dei. Nihil igitur sub sole nouum. Arguit etiam hoc verbo eos, qui ingentia moluntur, non cœtenti communis cursu rerum, tantum ut nomen & gloriam

acqui

acquirant: Putant se noui quipiam exco-  
gitare, sed falluntur. Fuere & olim, qui non  
minus ingentia molirentur: Sed sicut illi  
frustra laborauerunt, sic & nos. Nihil igi-  
tur nouum sub sole.

**N**on est memoria priorum, sed nec eorum  
quidem, quae postea futura sunt, erit recor-  
datio apud eos, qui futuri sunt in nouissimo. Du-  
pliciter & hoc potest intelligi. Primo, ut  
sit reprehensio, quasi diceret, Homines se-  
quentur suas cupiditates, & suos conatus  
urgent, nec mouentur exemplis aliorum,  
quod illi nihil effecerunt. Nemo confide-  
rat irritos fuisse Alexandri & Iulij conatus,  
&c. An non & hoc vanitas est tot exemplis  
ob oculos positis non absterrei? Secundò  
intelligitur hoc verbum monitorie, ne plus  
debito gloriam hominum aucupemur, ea  
enim fallax est. Non est memoria prio- Psal. 9  
rum, periit memoria eorum cum sonitu.  
Idem tibi continget, quantumcunque in-  
gentia moliaris. Quod si etiam nonnulla  
hominum memoria est apud posteros, ni-  
hiltamen prodest illis. Proinde quære Do-  
minum, hoc enim est illud opus, quod nun-  
quam obliuione delebitur: In memoria Psal. III  
enim æterna erit iustus. Quod si ob hoc  
non magni ponderis ab hominibus, suff-  
ciat tibi coram Deo esse memoriam rui.  
Obser

Obserua autem, quod Salomon non hoc vult, ut stertamus, nec ad heroica facta contendamus. Non enim strenue facta hic damnantur, quæ scriptura ubique laudat in sanctis, sed damnatur iniquitas rationis, quod ad præclara facta contendit, non Dei iustitiae causa, sed propter gloriā humanam: hoc vanum est, quia non assequuntur quod cupiunt, cito enim in obliuionem veniunt. Quod si etiam apud quosdam eorum memoria maneat, nihil tamen ipsis prodest, quos Deus non agnoscit.

**E**go Ecclesiastes fui rex Israel in Hierusalē. Hactenus pollicitus est se concionaturum, quod omnia omnium hominum consilia nihil ex ipsis rebus etiam potioribus (ut pote diuiniis, sapientia, potentia) apprehendant vel acquirant, quam miseras & calamitates. Hoc autem mundus falsa opinione deceptus non credit. Non enim vider, qui fieri possit, ut in diuiniis & potentia aut honoribus nulla sit quies. Ideo Salomon seipsum in exemplum proponit, affirmans se non audita, sed experta adferre. Omnia autem verba emphatica sunt & magnifica, Primo, Non erubescit se deudo concionatorem nominare. Vnde discimus, cum magnum fuisse verbi Dei amatorem, summæque gloria duxisse, de

Deo

Deo ciūisque verbo loqui : Cūm econtra nos erubescamus audire , nedum docere a- lios. Deinde rex fui, inquit, & tamen nihil efficere potui. Quis autem resistet regi, qui est omnium dominus ? Præterea non simpliciter rex, nec cuiusvis populi, sed po- puli Dei , in quo fuerunt multi sancti viri, Prophetæ , legis doctores , &c. Postremò rex fui in Hierusalem , loco nimirum san- cto, quēm elegit Deus, ut habitaret ibi. Si rex tam potens, liber, sapiens, populi san- ctissimai in ciuitate sancta præsentie Deo & verbo Dei , tamen non potest perficere etiam sua bona consilia , quid de aliis di- cemus?

**E**t constitui in animo meo, querere & inue-  
stigare sapienter de omnibus que sunt sub  
sole. Hoc est, primò omnium metem meam  
ad inquirendam sapientiam dedi, & ultra  
licitum me extendens, volui causas ratio-  
nēsque cognoscere. Exempli gratia, qua-  
re parvuli corriperentur à dæmons , cur  
naufragia pariter & iustos & impios ab-  
sorberent , vtrum hæc & is similia casu an  
iudicio Dei evenirent. Et si casu , vbi pro-  
videntia Dei ? Si indicio , vbi iustitia Dei ?  
Hæc ( inquit ) & similia nosce desiderans,  
intellexi superfluam curam & solicitudi-  
nem, per diuersa cruciantem, à Deo homi-  
nibus

nibus datam, ut scire cupiant, quod scire licitum non est. Hic Hieronymus. Vel aliter, summo studio maximoque rationis & sapientiae humanae acumine, ad inuestigandum me contuli, num uspiam sub toto caelo in negotiis ac rebus ciuilibus, possem mihi vitam tranquillam, ac nullis prorsum ærumnis obnoxiam parare. Vel aliter, Ego (inquit) cum rex essem, & populum tam sanctum haberem, conatus sum, ut omnia optimè & sapienter disponerem, ut haberem regnum optimo ordine constitutum, ut nihil inordinatum in eo esset. Sed quantum Deus operabatur, tantum ordinabatur. Cæterum, ubi Deus non addebat manum, ibi ego succesi, vrgens mea consilia, sapientiam & conatus, ut omnia recte curarentur, sed frustra. Nihil enim egi, nisi quod me misere torsti & excruciaui. Dedit quidem Deus sapientiam Salomonis, sed non ut omnia posset. Non enim dixit Deus: Dabo tibi sapientiam, quam alij audent & sequentur, sed tantum, Dabo tibi sapientiam.

**H**anc occupationem (vel afflictionem) malam, dedit Deus filiis hominum, ut occipitur in ea. Ipsa cogitatio & inquisitio, qua consultum volumus Reipublicæ, non solum mala non est, sed pia & bona. Non igitur

igitur eam damnat Salomon. Hæc autem mala est afflictio, quia nos sapientia diuinæ nolumus cedere, sed volumus plus sape re, nec ferre ea quæ Dei sapientia fert, nec illius voluntati nos committimus. Præmissa igitur culpa, subdit pœnā, quemadmodum & Paulus ad Romanos: Propter Roma. 1  
 ea ( inquit ) tradidit illos Deus in reprobum sensum, &c. Et iterū, Propterea mit- 2. Thes. 2  
 tet eis Deus operationem erroris, &c. Sic & hic, quia contemnimus eius verbum, Deus vicissim sic punit nos, vt frustra cruciemur. Deus enim resistit, ne eueniāt quæ conantur homines ex propria sapientia, etiam si nonnunquam bona sint, quæ conantur. Dominus enim dissipat consilia Psal. 32  
 gentium, &c. Consilium autem Domini manet. Proinde ubi est speciosissima sapien-  
 tia & diligētissima operatio, ibi Deus ma-  
 xime facit irrita consilia. Exemplo sit Pha- Exod. 1  
 rao, prudenter opprimere volens Israēli-  
 tas, ne multiplicarentur: Balach nō armis, Num. 22  
 sed maledictione vincere studens Israēlē: Gene. 37  
 Filij Jacob, vēditione fratris impeditre vo-  
 lentes exaltationē Iosephi: Saul vel homi- 1. Reg. 18  
 cido ipsum Davidē ē regno prohibere co-  
 natus, &c. Summa, impios sic punit Deus,  
 vt seipso impijs conatibus affligit, nec tam  
 quicquam efficiat. Sic Deus nōnunquam

Gene. 4

etiam piorum bona consilia impedit, cum  
cooperint niti suis consilis sine verbo Dei.  
Sic Adam & Eua, cum nato Cain dicerent,  
Possedi hominem, per Deum frustrati sunt,  
quia erat humana cogitatio sine verbo.  
Habebant magnificas spes, hunc fore semē  
illud mulieris promissum, sed falleban-

Gene. 27 tur. Sic Isaac fallitur in primogenito suo

Gene. 20 Esau. Sic Iacob in Rachel, & ex ea natis fi-  
lijs. Sic David sanctus non efficere potuit,  
ut filij eius pacifice & obedienter viueret.  
Sic Salomon omnes docturus sapientia, in  
proprio filio suo Roboam fallitur. Sic adhuc  
multi bona intentione conati sunt restituere  
collapsam Ecclesiā, sed frustra. Cur hoc  
permittit Deus? ut nos ipsos agnoscamus  
nec fidamus nostrae sapientiae, sed de ea de-  
sperantes, cōmittamus nos Deo, ipsius au-  
xilium inuocantes. Nam ideo Deus facit  
irrita cōfilia hominum, quia ubi vel parū  
succedit, inflatur homines, & sibi arrogant  
gloriam Deo soli debitam. Vide autem va-  
nitatem hominum, quantūcunq; Deus co-  
natus nostros frustretur, non tamen effi-  
cere potest, ut nos ei submittamus. Docet  
igitur hic Salomon, ut non cōfidamus pro-  
prijs viribus. Deinde, ut nos submittamus  
consilijs Dei. Tertiō, ne quicquā institua-  
mus aut proponamus sine Deo. Quartō ut  
abstine

abstineamus ab his curis, quas Deus non mandauit: illis autem intendamus, quæ ipsius verbo continentur. Illis enim feliciter occupari possumus. Possumus & aliter hunc locū intelligere, ut hic sit sensus: Homo creatus est ad beatitudinem, quāvis autem eam perdidit propter peccatum Adæ, tamen eam adhuc semper appetit. Hinc est quod nunc honores, nūc diuitias, nunc voluptates ambit, sperans se illic quieturum. Verūm hanc afflictionem dedit Deus homini, ut ne ad tēporalia quidē hæc sine labore & ærūna peruenire possit, multo minus ad cælestia penetrare. Hoc autem propter peccatum cōtingit, nā si in innocentia permanisset, non indiguisset huiusmodi labore, nec opus fuisset, per labores ad quietē penetrare. Labor autē ille, quo operari & custodire iussus est paradisum, non illi fuisset molestus, nec sudorē, nec sitim, nec desatigationē ei peperisset, sed pro solatio & voluptate illi fuisset. Hinc igitur discamus, quanto bono per peccatū priuatisimus, & quibus malis immersi. Deinde nō tēdeat nos laborem pro superna felicitate acquirenda, cū videamus nec tēporalia bona nobis sine labore cōtingere. Imò eō feruētius laborem, quò magis cælestia excellūt terrena. Quæ enim vidētur tēporalia sunt. 2. Cor. 4

**V**idi cunēta quae sunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus. Dixerat sibi cordi fuisse, ut de omnibus sapienter inuestigaret: hic indicat, quid inuenit. Non ignauū hominē fuisse Salomonē, hæc verba indicant, ut qui in tātis occupationibus, tantis diuitijs abundātia rerum omnium constitutus, tamē non otius sit, sed diligenter quæserit quid sibi optimū esset. Ad hoc autem non vna aut altera hora, vel dies ei sufficiebat, sed multo tempore id egit. Mundus enim & creaturæ, liber est ingens, quem omni vita nunquam perlegere potes. Sēper enim inuenis, quod prius non attenderas. Nunc exēplum diuinæ sapientiæ, nunc potentiæ, nunc gratiæ, nunc iudicij. Erubescamus nos, qui brutis stolidiores, imò stipite magis insensibiles, nihil eorum attendimus quæ in mundo fūt. Emphasim autē habet quod dicit: Et ecce, quasi diceret, Inueni quæ nunquā credidisse, quæ & nemo crederet mihi dicenti, nisi spiritum Dei habear. Ecce omnia vanitas, hoc est, nihil sub sole firmum aut stabile, cui tutò confidere possis. Quæcunque enim videntur temporalia sunt, &c. Deinde inueni quod in omnibus est afflictio spiritus. Nihil tam delectabile & iucundum est, quod non secum afferat afflictionem

nem & tedium, si diu eo vtratis. Nulla perfecta quies inuenitur in rebus transitorijs. Oportet prius corruptibile hoc induere in *i. Cor. 15.* corruptionem, tunc absorbebitur mors, & omnis calamitas & afflictio. Tunc absterget Deus omnem lachrymā ab oculis sanctorum, &c. Vides igitur vanitatem nostram, qua nec sic à terrenis auelli nos sinit. Vel aliter, Vidi cuncta sub sole, hoc est, consideravi omnes hominum status, conditiones, contractus, negotia: tamen in nullo inueni perfectam quietem, immo in omnibus afflictionem. Quemcūque enim statum sub sole inceperis, inuenies crūcem: nec tamen ob id nihil attentandum est. Quemadmodum enim Moyses sua legge declarat imperfectionem iustitię & operum nostrorum, non ut nos à bonis operibus absterreat, sed ne in propria iustitia cōfidamus, Itemque, ut eo fortius veram iustitiam queramus per fidem in Christum: Sic Salomon miseras omnium statuum indicat, non ut ab omnibus absterreat, sed ut eo magis ad cælestia querenda nos inducat. Nisi enim mens nostra à præsentibus rebus abducta fuerit, nunquam se eleuabit ad cælestia. Vel aliter possumus huc locum intelligere, nō de rebus ipsis, sed de hominibus, ut sit sensus: Sicut mihi saepius

nō successerunt propria consilia, r̄ihilq; ex his habui quā afflictiones: sic nulli in toto orbe, video succedere omnia sua cōsilia. Sapientū cōsilia æquē frustrātur vt stultorum, imò etiā optimē cogitata nonnunquā pefsimē eueniunt. Videat quisq; cursum vitæ suæ: et si cui omnia & semper ex proposito suo succedant, veniat & arguat hunc librū mēdacijs. Persuaserat sibi olim Polycrates Samiorū Tyrānus, se felicissimū esse, omnesq; conatus suos prosperè succedere, atque vt vel aliquod incōmodū sentiret, annulū, quē charū habebat, in mare proiecit, quē tamē in capro pisce iterū inuenit. Verū idem post tantos successus tandem cruci affixus est. Videtur quidē fortuna aliquando respondere conatibus, sed non perpetuō.

**P**eruersi difficile corrigitur, & stultorum infinitus est numerus. Verissima est vtraque sententia, iuxta translationē nostram. Verū Hieronymus aliter transtulit. Peruersum non poterit adornari, & imminutio vel defectus non poterit numerari. His autem verbis causam reddit, quare etiam bona consilia hominibus, & maximē regētibus non semper succedāt. Quia (inquit) defectus infiniti sunt, qui non possunt corrigi, quorū magnitudo & multitudo vincit omnia humana consilia. Vult igitur dicere

tere. Ego quidem sapienter satis intelligo,  
 quid expediat & conueniat. Sed quid ad  
 hæc facturus sum? Non est virium mearū  
 omnes peruersos corrigere, aut omnes stu-  
 tos sapientes reddere. Tanta est curitas  
 & prauitas in negotiis humanis, ut nun-  
 quam possint corrigi. Regnum Romano-  
 rū tametsi prudenter administraretur, nun-  
 quam tamē suis consiliis pacem constan-  
 tem inuenire aut efficere potuit. Et vbi nō  
 erāt externa bella, oriebātur intestinę sedi-  
 tiones & motus. Moyses fidelissimus fuit  
 in omni domo Dei, nec tamen efficere po-  
 tuit, vt omnes boni essent, nihilq; mali in  
 populo fieret. Jacob nedum perpetuo exé-  
 plo, sed & verbis familiam suam instrue-  
 bat, nec tamē efficere potuit, vt nihil mali  
 inter eos fieret. Nā & Ruben dormiuit cū Gene 35  
 vxore patris: Dina corruptionem perpetua: Gene. 34  
 Symeon & Leui Sichimitas occiderunt: De  
 mum & decē filij, vendiderūt Ioseph. Idem Gene. 37  
 contigit ipſi Dauidi. itemq; Prophetis. Sū-  
 ma, peruersum vel incuruum nō potest re-  
 ſtificari, nec imminutio numerari. Nemo  
 igitur conetur omnia mala ſemel auferre  
 & defectus. Non enim potest in rebus hu-  
 manis tam benē agi, vt omnia recte fiāt, &  
 non plurima mala reſtent. Hinc Christus:  
 Sinite vtraque crescere, ne forrē cum ziza Matt. 23

niis simul eradicetis & triticum. Videmus enim eos, qui omnia optimè reformatre & corrigerre volunt, s̄xpe plurimum nocere. Nec quisquam se plus æquo affligat, si nō omnia corrigerre potest: nam & sancti plura tolerare coacti sunt, & domini iudicio

**Gene. 12.** committere. Sic Abraham tolerauit abductionem vxoris suæ, Loth Sodomorum

**Gene. 19.** impietatem, David impietatem ipsius Iob. Sic Christus tacuit cùm audiret, iniuste occisum Ioannem. Potest quidem & debet Christianus admonere, corrigerre, quantum potest. Et si in potestate constitutus est, etiam punire: non tamen nimium affligi vel ob id cessare, si nō omnia potest corrigerre, sed Deo iudicanti quod reliquum est committere. Præterea, Christianus ita affectus esse debet, ut non solum ipse mala non faciat, sed etiam sciat aliorum mala & defectus tolerare. Hoc enim necessariū est pro tempore huius vitæ. Nam multa in nobis sunt, quæ alij tolerare coguntur, alioq; nunquam simul cōuersari possemus. Hinc

**Galat. 5.** Paulus: Alter alterius onera portate, &c. Rectissimū ergo est in fide ambulare, quæ permittat Deū regnare & dicat: Fiat voluntas tua. Itemq; oret: Adueniat regnum tuum.

**Matth. 5.** **L** Ocussum in corde meo, &c. Concludit quæ hactenus dixit de sapientia & scientia

scientia humana, quasi diceret: Ad qualēcunque scientiam te contuleris, siue practicam siue speculatiuā, non consequeris propositum, si in ea quæsieris quietem & iucundam vitam. Imō nec quicquam prosperecum eadem scientia exequi poteris, nisi adsit timor Dei & fides. Obserua iterum quod Salomon non fuit otiosus, quemadmodum solent, qui potentiam nacti sunt: sed varia secum cogitauit. Quid enim stolidius, imō pernitosius incogitante principe? Imō ad hoc rationem accepit homo, ut possit vnum ex altero colligere. Tria autem per ordinem dicit se cogitasse notatu dignissima. Primo, quod magnus effectus sit. Secundo, quod sapientiam acceperit à Deo. Tertio, quod nō otandum sibi esset. Sic quilibet Christianus tria hæc semper cogitare debet: nempe quis sit, quid accepere rit, quid ab eo Deus exigat.

**E**cce magnus effectus sum. Loquitur non de magnitudine corporis, sed potentiae & status: de quo lege 3. Regum 4. & 2. Paralip. 9.

**E**t præcessi omnes sapientia, qui fuerūt ante me in Hierusalem. Non satis est magnum esse, nisi adsit sapientia: imō quod maior es, eò magis opus habes sapientia. Nam quod maior, eò pernitosior est, & si-

3. Reg. 3

bi & alijs qui sapientia caret. De sapientia Salomonis lege 3. Reg. 4. Eam autem sapientiam primò omnium à Deo habuit & postulauit: Quod utinam & nostri principes facerent, &c.

**E**t mens mea vidit multa sapienter & didicere. Præter sapientiam diuinam, qua à Deo donatus erat Salomō, præcellebat etiā admirabili sapientia humana siue politica in tātum, ut Regina Saba nedum eius verba, sed & domum quam ædificauerat, & cibos mensæ eius & habitacula seruorum, ordinesq; ministrantium, denique & oblationes eius in tēplo miraretur & exclamaret: Benedicti serui tui, qui audiunt te. Utinā & hoc exēplū imitarētur omnes Christiani, & maximè Principes, ut nihil in eis eorumque verbis & factis, & familia consiperetur, quod non in admirationem duceret videntes.

3. Reg. 10

**D**edij; cor meum, ut scirem prudentiam & doctrinam. Hieronymus transtulit, Ut noscerē sapientiā & scientiam. Vbi nos habemus prudentiam & doctrinam. Sapientia, de qua hic loquitur, est cognitio, qua video quomodo Respublica sit constituta & administranda. Scientia hic nō significat speculatiuam notitiā, sed practicā & experimentalē cognitionē vel discretionē in

in rebus agendis, quā nos vocamus experientiam & usum rerū. Vide autē quā prudenter Salomō sapientiæ adiecerit experientiam, quæ scientiam moderatur secundum res præsentes & circumstatiæ ratione quadā & modo, ut res & tempora ferunt. Sapientia sine experientia aliquanto plus officit quā prodest: Econtra, expertus aliquanto plus efficit, quam sapiens sine experientia. Erubescat igitur qui principatus & dominia ambiunt, cum tamen nec sapientiam nec experientiam habeant aut querant.

**E**rroresq; & stultitiam. Non tantum bona inuestigavit Salomon, sed etiam mala. Sicut enim nunquā satis cognoscitur natura boni, nisi econtrario & natura mali cognoscatur: sic nemo recte cognoscit, quæ sit vera sapientia, nisi etiam sciat, quid stultum parumq; sanum sit. Opposita enim iuxta se posita, magis elucentur. Sapientiā igitur & scientiā quæsiuit Salomō, ut ea promoueret: Errores autē & stultitiā inuestigauit, ut ea à regno suo amoueret.

**E**t cognoscit etiam hoc esse afflictionem spiritus. Non dicit sapientiam & scientiā mala esse, aut nulli usui apta. Hoc enim esset blasphemare Dei dona: sed hoc vult, in huiusmodi donis Dei non querendam esse bonā & iucundam vitā, id quod Adam noster

noster facit. In hoc enim fallitur, ut & sequentia & præcedentia satis indicat. Nam corrupta Dei quidem dona appetit & querit, sed non debito modo, nec debita intentione. Dona Dei ideo querenda sunt, ut per ea Deus agnoscatur. Deinde, ut per ea in hoc mundo dirigamur: Tertio, ut per ea proximo inferuiatur. Nihil autem horum attendit carnalis homo, sed tantum suum commodum aut iucundam vitam in Dei donis querit, magisque confidit in donis ipsis, quam in Deo datore: putatque sibi amplius nihil defuturum, si ea acquirere possit, cum in hoc plurimum fallatur. Nihil enim tam bonum est propter unum Deum, in quo iucundam vitam innenire possis: nec vna re tantum egemus. Huc igitur carnis hominis affectu hic dñat Salomon.

**Q**via ubi multa sapientia, ibi multa indignatio. Rationem reddit prædictorum, nempe quod sapientia non præster iucundam vitam. Primo enim quod quisque est sapientior, eo superior & tristior est, ac melancholia plena. Secundo quod quisque sapientior est, eo plures habet causas indignandi & irascendi, ut qui quotidie videat multa indigna quae emendare non potest. Tertio, quod quis clarius per Dei sapientiam cognoverit & præsentia mala & futura bona, eo plus

plus indignatur præfertibus calamitatibus  
subiacere, & tā procul esse à futuris bonis  
quemadmodum Paulus: Infelix ego homo Roma. 9  
quis me liberabit de corpore mortis hu-  
ius? Et Dauid: Heu mihi quia incolat<sup>9</sup>, &c. Psal. 119.

**E**T qui apponit scientiam, apponit laborem. Hieronymus dolorem vertit. Primo, quò altior est scientia, eò maiorē laborem exigit in discendo, aliōsq; doceando. Secundò, quò quis diligentius sua sapientia & industria aliis consultum vult, eò iniquius plerunq; ab ingratis tractatur. Exēplo sint Camillus, Africanus Scipio, Solon, Themistocles, &c. qui post ingentes labores & beneficia in exilium trufi sunt. Imò exemplo sint Prophetæ, apostoli, Christus ipse. Qui igitur apponit scientiam, apponit ne- dum laborem, sed & dolorē. Tertiò, quò quis maiorem scientiam habet, eò magis fit seruus. Nā Dei dona ideo dantur, vt egen- tium inopiz consularunt. Quātū autem la- borem & dolorē afferat seruire multitu- dini, exemplo fit vñus Moyses, &c. Quar- Num. II  
tò, qui apponit scientiam, apponit dolorē; Sap. 6  
quia potentes potenter tormenta patien-  
tur. Et, Cui plus creditur, plus exigetur ab Lue. 7  
eo. Et Seruus sciens voluntatē domini, & Lue. 12  
non faciens, plagis vapulabit multis, &c.  
Hæc autē ideo adfert Salomon, non vt nos  
abster

absterreat ab inquirenda sapientia & scien-  
tia, sed tantū ut doceat, in huiusmodi Dei  
donis non querendam esse iucundam vi-  
tam. Hęc enim in solo Deo querenda est,  
**Hier.** 9 sic enim dicit Hieremias: Non glorietur  
sapiens in sapientia sua, nec fortis in forti-  
tudine sua, nec diues in diuitiis suis: sed in  
hoc glorietur, scire & nosse me, &c.


## C A P V T I I .

**Q** Via Salomon capite praecedenti ostende-  
rat, curam & solicitudinem & consilia  
humana praesertim ea quibus consultum volu-  
mus hominibus, vana & nihil esse sine Deo:  
Nunc vertit se in aliam partem. Vetus enim A=   
dam nunquam quiescit, sed omnia explorat, sicut  
bi tandem mollioris vite commoda inueniat.

**D** XI ergo in corde meo. Sapien-  
tia & sciētia bona quidem sunt,  
verū quia in his laborem inue-  
nit Adam, statim resilit, séque ad  
ea transfert quæ minus habent laboris, &  
plus voluptatis. Hinc est, quod Salomon  
paucos habet imitatores in acquirēda sciē-  
tia, multos autē in querendis voluptatibus.  
Hinc est, quod omnes eos status fugimus,  
in quibus est multum laboris, etiam si bo-  
ni sint, querimusq; molliorem & otiosam  
vitam. ~~Vix enim in aliis~~ ~~qui~~ ~~in~~ ~~laboris~~

**V** Adam & affluā delitiis, & fruar bonis.  
 Ab eo incipit, in quo vulg<sup>o</sup> summū  
 bonū putat, nempe delicias & voluptates.  
 His enim toto studio inhiamus, in hęc o-  
 mnia insuminus bona, etiāsi postea penu-  
 riā pati oporteat. Splendide viuere, genio  
 indulgere, strenue potare, & omnino libi-  
 dini suae satisfacere, Tumma felicitatē c̄stī  
 mat mundus. Obserua autē, quid in huius  
 modi rebus dānetur. Nō hic dānatur vſus  
 ciborū, nā & Christus & omnes pij eis vſi  
 sunt. Nec dānatur omnis lætitia extērna,  
 quæ in lege etiā ut singulare Dei donum Leuit. 23  
 promittitur obseruantibus legē. Verū pri-  
 mò hic dānatur impius Adami conatus &  
 cōsiliū, qui in huiusmodi spem suā ponit,  
 totoq; corde in ea ruit, interim obliuiscēs  
 Dei iudiciorum, ac sine omni timore Dei  
 his rebus vtens. Hoc innuitur in eoverbo,  
 cū dicit: Vadā. Quasi diceret, Huc tendūt  
 & cor & omnia cōsilia mea, his fruar, non  
 curans quenquā, nec attendēs, quid postea  
 futurū sit. Secundò damnatur hic abusus  
 & superfluitas: Affluam (inquit) delitijs.  
 Nemo modicis contentus est. non ad ne-  
 cessitatē, sed ad voluptatē cibis vtimur.

Vas  
BIBLIOTHECA  
URSII



**Amos. 6** *Vt qui opulentis eius in amissione annos) qui comeditis agnū de grege, & vitulos de armento: qui dormitis in lectis eburneis, & lascivitis in stratis vestris.* Apud Romanos ante deuictū Antiochū, vilissimū mancipiū erat coquus: sed post Asiam deuictam deliciosos cibos instruere, cœpit esse ars. Quod igitur etiā apud gētes contrēptibile erat, hoc nos summō studio requirimus.

**E**t vidi quod hoc quoque esset vanitas. Primo, quia nulla contingit vera tranquillitas, nisi ex verbo & operibus Dei. Et sēpe instituuntur conuiua ad excitandam lætitiam, & tamen contrarium euénit. Nam Deus hic quoque resistit contibus nostris. Quis nescit, in quantas turbas nonnunquam desinat letē cœpta conuiua? Sic tempore Noë & Loth, edebant & bibebat, &c. Sed quāra mala secuta sunt?

**Genes. 7** *¶ 19* Idem contingit filiis Iob, idem Holoferni, **Job. 1** *¶ 1* Idem contingit filiis Israël, Exodi 32. Idem **Danie. 5** *¶ 1* Idem contingit regi Baltasar. Idem contingit tē-

**Mat. 24** *pore fututi iudicij. Sicut (inquit) erant in diebus Noë, ita erit aduentus filij hominis. Hinc Christus admonet: Cauete, ne grauientur corda vestra crapula & ebrietate. Ideo autē Deus sinit contrariū euenire, ut discamus non confidere nostris contibus. Secundō vanæ sunt deliciæ corporales*

**Lue. 21**

jes. q  
accen  
rant.  
tane  
feru  
etia  
ille d  
**R**  
dit h  
rem  
sius.  
nim  
An n  
obne  
bus c  
epul  
cord  
ritis  
**E**  
som  
fis in  
diū,  
hui  
deci  
rit,  
letu  
min

*Ies.* quia cū dñe. habentur, graue desideriū accendunt, habitæ autem, fastidium generant. Tertiō vanæ sunt, quia quasi momētanæ. Quartō vanæ sunt, quia damna afferunt, nedum bonis temporalibus, sed etiam corpori, imd & animæ. Exemplo sit *Lac. 16* ille diues, qui sepultus est in inferno.

**R** *Isum reputavi errorem ( vel ) amentiam.* Verē error, verē amentia, quia reddit hominem hic securum & immemorem Dei iudiciorum, quo nihil perniciosus. Verē errore est præsens lætitia. Non enim hic est tempus lætandi sed lugendi. An nō errat & insanit, qui tantis miseriis obnoxius, tot peccatis grauatus, tot hostiis circundatus, tamen lætatur, lascivit, epulatur? Flij hominum usquequo graui *psal. 4* corde, ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

**E** *T gaudio dixi, Quid frustra deciperis?* Verē deceptio, & quasi lætius aliquod somnium, quo dormiens occupatur, omisis interim veris bonis. Non est verū gaudiū, nisi gaudiū conscientiæ. Qui igitur in huiusmodi corporalibus deliciis errare & decipi non velit, primò quæ Deus obtulerit, gratissimo animo accipiat & exosculetur. Secundò, non aliter his utatur, quā domini sui, qui ea cōculit, voluntas habet, fert

& consentit. Tertiò ex ipsis corporalibus rebus discat agnoscere domini bonitatem. Quartò , etiam inde capiet gustū futurorū bonorum, hoc est, veræ lœtitiae, nullis temporū iniuriis obnoxiae, sicq; ex corporalibus discat ascendere & inhiare superna.

**C**ogitaui in corde meo, &c. Si ad nihil caliud utilis esset liber hic , vel ex uno tamē hoc non parum fructus afferret, quod tam pulchre depingit cordis humani instabilitatem. Quod qui attēderet, nunquā superbiret in bonis, cū nesciat, an in eisdē finaliter perseveraturus sit , videātq; plures bene cōpisse, & tamen non perficisse. Nō enim minus instabile est cor hominis in rebus salutis, quā in rebus mundi. Deinde hinc disceret , in nullo homine confidere,

**Psal. 117** canerētq; cum Davide: Bonum est cōfidere in Domino, quām in homine.

**A**bstrahere à vino carnem meam . Hoc est, vitam illam carnalem & brutalem omnino declinare & tēperatè vitā instituere. Nō malus erat hic conatus , si intētio & fīnis fuissent recti. Intentio eius erat , ideo abstinere, ut propria ratione posset investigare omnia. Sed hēc intētio fallit. Nūquā enim hoc efficies tua ratione sine Deo & verbo eius . ~~Dolores sicut~~

politic

Tum autem bonus fuisset, si propter adipiscendā Dei sapiētiam à vino abstinuisses. Sic nihil tā bonū, quod verus ille Adam nō corrumpat, vel mala sua intentione, vel præstitutione finis indebiti.

**M**ultiplicans opera mea. Recenset catalogum suorū operū, vt doceat, vanū esse, dū quis conatur se suo proprio cōfilio regere. Is enim duplīcē incōmodo se affigit. Primō enim torquet se consilijs Secundō nihil cōsequitur, aut si aliquid cōsequitur, interuenit dolor vel aliud malū. Deus semper pugnat cū cōfilijs humanis, sicut ecōtra homo cōtra Dei cōfilia. Facile autē est Deo destruere, quicquid nos incipi mus. Nemo igitur inseipso, sed in Deo cōfidat. Obserua autē circa hūc textū vanitatem hominis, qui se occupat pluribus, cūm Lact. 10 vnū tantū sit necessariū. Deinde obserua, quā statim ab initio se prodit Adam: Feci (inquit) magna opera. Hæc enim est natura Adami, magna conari. Non tamen in se malum est, magna conari, si bona sint & ad gloriam Dei ordinentur. Nā & David. Reg. 17 uid magnum quid conatus est in occisione Goliath. Sic Phinees in occisione fornicatorum. Helias in reductione populi à cultu Baal. Et Christus in redēptione generis humāni: tērū ea bona erant in se

& ad Dei gloriā ordinata. Sic autē monagis  
Adam, imò magna quidem molitur, sed  
plerūque inutilia vel etiā mala. Deniq; suā  
ip̄sius gloriam per hoc querit. Vide autem  
quām inutilibus rebus sē occupat.

**A** Edificauī mīhi domos. Aedificare in se  
non est malum, imò necessarium ut  
defendamur à tempestatibus, itēmq; à be-  
stiiis & hōstibus. Verū in ædificatione  
multipliciter peccat humanū consilium.  
Primò enim non ad necessitatem, sed ad  
luxum ædificat, cūm natura paucissimis  
sit contenta. Secundò per huiusmodi cu-  
pit memoriam suā ad posteros transmittere,  
quo nihil vanius. Fieri enim potest, vt  
posteri illud destruant, vel si id permise-  
rint, quid tibi prodest, quod tui memoria  
sit in terra, cū tu forsitan sis in inferno? Cura  
igitur, ut memoriam tibi facias apud Deū:  
nec hoc dico, quod nihil ædificandum sit  
pro posteris, sed maliā int̄ictionem & appe-  
titum vanæ gloriæ damno. Tertiò nō con-

**Esa 5** tentus est homo necessariis, imò & decen-  
tibus ædificiis, sed semper domum domū  
iungit, & agrum agro, &c. Non enim sa-  
tiari potest humanus animus. Qui vnum  
habet aureum, cupid decem, &c. qui habet  
vnā arcē, cupid duas, &c. Quartò, plerūque  
fiduciam suam ponit in suis ædificiis, &  
horum

horum fiducia audet & Deum & homines  
prouocare, quemadmodum erant illi, qui Gene.11  
ædificabant turrim Babel. Contra huius-  
modi dicitur: Robustum quidem est habi- Num.24  
taculum tuū, sed etsi in petra posueris ni-  
dum, quā diu poteris permanere? Quinto, Exod.1.  
plerūque ædificamus ex rapinis & fudori-  
bus pauperum, quemadmodum Pharaon su-  
dore filiorū Israël. Contra huiusmodi dici-  
tur in Abacuk: Væ qui congregat auari- Abac.2  
tiā malā domui suæ, &c. Quia igitur tan-  
topere in ædificando peccamus, iusto Dei  
iudicio sit, ut frustremur intēto. Vel enim Luc.12  
morimur, antequā ædificiū consummatur,  
quēadmodū diues ille Euangelicus, cui di-  
ctū est: Stulte, hac nocte auferent animam  
tua &c. Vel infirmamur, vel postquā rē cō-  
fecimus, statim nos capit fastidiū facti, re  
nouatūrq; curiositas faciendi. sicq; nūquā  
quieti sumus. Sæpe denique cōtingit, quod  
nedum nos priuamus eius rei vnu & bo-  
no, sed quod s̄æpe etiam is qui succedit,  
nō vtatur facto, vel penitus illud destruat.  
Ad hęc omnia quid prodest pulchram  
habere domum, si anima tua sit omnibus  
vitiis conspurcata, ne Deus ibi habitare  
possit. Leguntur sancti non multas do- Gene.12  
mos construxisse, sed s̄epius altaria. Qui  
igitur certo & stabiliter ædificare velit,

**I.** Pet. 2 audiat Petrum dicentem: Accedentes ad lapidem viuum, super ædificamini domos spirituales, &c.

**P**lantani vineas, &c. Plitare terramque colere non sunt mala, immo nunquam prius fuit mundus, quam dum agriculturæ intendebat. Ad hæc & sancti patres terram coluerunt. Et veteres illi Romani, nonnunquam ab aratro ad summa imperia vocabantur, ut Quintus Cincinnatus, &c. Facit ad hoc, quod etiam Christus saepe parabolas, ex agricultura desumptas, introducit. Damnantur autem in huiusmodi cultura, ipsa hominis cura & solicitude, qui non contentus externo labore, etiam curam addit, & tamen frustra. Secundò damnatur prava intentio hominis, qui in huiusmodi rebus quietem & voluptatem sibi pollicetur, quam tamen Deus multipliciter impedit, ut tandem discamus in solo Deo quietem veram querere. Præterea, quid pro-

**M**at. 21 dest habere hortos & vineas frugiferas, cùtu solus sis sicutilea infrugifera, igni reseruata? Cura igitur, ut anima tua ornata sit omnibus virtutibus, quas subinde rigabis gratia Dei, quam piis precibus flagabis, &c.

**P**offredi seruos & ancillas, &c. Pro magna felicitate quidam putant, habere seruos,

multumque sibi blandiuntur, si multos ha-  
 beant, qui ministrent, honorent, comiten-  
 tur, &c. Habuit & Salomon seruos & fa-  
 miliam tam copiosam, ut quotidie magno  
 sumptu opus haberet, verum nihil in hac  
 re inuenit quietis & bonae vita. Primò e-  
 nim nisi Dominus custodierit, frustra erit  
 seruorum pro te solicitude. Secundò, non  
 nunquam sit, ut putes te seruum habere,  
 cum hostem habeas, id quod Salomon ex-  
 pertus est in Hieroboam, qui nedum ei in  
 vita restitit, sed & post mortem regnum  
 eius inuasit. Tertiò, qui multam habet fa-  
 miliam, multa etiam indiget solitudine,  
 ut bene instituantur. Qui enim suorum &  
 maximè domesticorum curam non habet,  
 infideli deterior est. Quartò, quò plures  
 habes à quibus seruitum exigis, eo gra-  
 uius te ipsum condemnas, si ipse non obe-  
 dieris Deo. An non vanitas, imò insania  
 est, ab hominibus seruitutē exigere quam  
 tu ipse non prætas Deo? Demum, etiam  
 omnibus deridendum & contemptibilem  
 te præbes, si aliis dominati gestias, cum sis  
 ipse seruus vitiorū. Si adeò titillat animum  
 tuum dominatio, cura ut vitiis domineris,  
 ne te vincat vitium, ne ira, ne auaritia, &c.  
 Hæc est vera Christianorū dominatio, cal-  
 care & vincere vitia, mundum, diabolum:

**Psal. 90** calcare super aspidem & basiliscum, &c. Multò igitur securior est vita, sine huiusmodi externo famulitio. Non tamen malum est habere seruos, nam necessitas hoc exigit, sed damnatur vanus conatus hominis.

**A** Rmetu quoque & magnos ouium greges, coaceruauit miliu aurum & argētum, &c. Sunt qui omnem felicitatem in diuitiis ponunt, maxime si omnis generis diuitiae sint. Habuit & Salomon diuitias & quidem ingentes, tam in pecoribus quam in auro & argento, &c. tamen ingenue satetur, nihil bonae vitæ in diuitiis inueniri. Primo enim ubi multæ diuitiae, ibi multa cura opus est. Secundò non deest afflictio animi, ubi quid (quod frequenter contingit) perit. Tertiò sequitur dolor, cum eas post se relinquere cogitur. Quartò diuitiae non satiant appetitum, sed crescit amor nummi, quantum pecunia crescit. Quintò diuitiae non liberant à morte aliisque malis animæ. Diuitiae non proderunt in die ultionis. Sextò diuitias plerunque comitantur magna vitia, Radix enim omnium malorum est cupiditas, & qui volunt diuites fieri, incident in laqueum. Demum diuitiae cor auferunt, ut sis magis eorum seruus quam dominus, immo & Diabolo subiiciunt, qui ideo dicitur Mammon & Plutus. Vides quam nihil boni &

**Prov. 11**

**I. Timo. 6**

ni & quietis inueniat carnalis homo in diuitiis. Pius autem in eisdem multa bona inuenit. Primo Deum ipsum. Secundo eis vtitur ad bonum, &c.

**F**eci mihi cantores & cantatrices, & delicias filiorum hominum. Sunt qui nec diuitias nec pompam querunt, sed præcipuam oblationem putant esse in musicis modulationibus. Non quidem malum est huiusmodi vti, sed hominis intentio mala est. Feci mihi cantores, imo ad agendum voluptatem etiam cantatrices. Sed vana inueni omnia. Primo enim nihil harum rerum tam delectabile est, quod omnes curas & tristias expellere possit. Deinde quantumcunque delectent, tamen si nimium vtaris, fastidium generant. Præterea hæ cantatrices, Salomonem in omnia vitia præcipitauit. Quale autem gaudium est, quod homini Deum auferet? Postremò congere omnia musica instrumenta, adhibe omnes cantores, non poterunt tamen consolari animam domino iudicante. Qualis igitur letitia est, quæ in maxima tristitia nos potest consolari? Sola igitur Dauidis Cithara, hoc est, verbum Dei, per os Prophetarum & Apostolorum, maximè autem Christi prolatum, verè consolatur. Renuit consolari anima mea: Memor fui Dei, & delectatus sum.

3. Reg. 13

Psal. 76

**S**ciphas & vreculos in ministerio ad vina fundenda. Hieronymus transtulit ministros vini vel ministras. Alij autem volunt hic intelligi instrumenta musica. Quodcumque horum intelligas, clarum est in his vanitatem esse. An non enim vanum est, aurea habere pocula, cum tu sis terreus & omnibus vitiis conspurcatus. Vae vobis qui mundatis, quod de foris est calicis, &c. & intus pleni estis rapina & immunditia. Idem dicendum de aliis.

Mat. 23

**S**upergressus sum opibus omnes, qui ante me fuerunt. Sunt qui summam gloriam ducent, si aliis ditiones sint, sed errant. Ed enim gloriose es, quod fueris melior, summaque laus est, præcellere in virtutibus: id quod etiam gentiles cognoverunt.

**S**ipientia quoque perseverauit tecum, &c. Nedum prædicta habui, sed & sciebam singula debite accommodare, ut maiorem afferrent voluptatem, sed nec hoc profuit.

**E**t omnia que desiderauerunt oculi, non negavi eis, nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in ijs qua preparaueram. Hic summatim comprehendit omnia alia, in quibus homines voluptatem querunt. Omnia (inquit) probavi, &c. Imo hic vides quam vere dictum sit: Homo cum in honore esset, &c. comparatur

Eph. 4:8

ratus est iumentis. An non bestiales cogitationes hæ sunt, sic se immergere mundanis voluptatibus, negligētis spiritualibus? cum & Pagani sciuerint, hominem ideo rectæ staturæ esse, ut cælum aspiceret. Hoc igitur viuendi institutum habent impij, quod nec oculis nec cordi quicquam voluptatis negant, immo eam partem suam esse ducunt. Verè pars eorum est & erit, nihil enim in futura vita boni expectabunt.

Quemadmodum enim olim Abraham *Genes. 25* filiis concubinarum largitus est munera, ipsi autem Isaac veram hæreditatem: sic Deus impiis concedit temporalia, piis reseruat æterna.

**C**VMq; me conuertissem ad vniuersa opera quæ fecerat manus meæ, &c. vidi in omnibus vanitate, &c. Hoc verbo vides, cur tam diligenter vana sua studia recensuerit. Non quasi glorians de malitia, nec vt nos eadem imitemur, sed vt agnita eorum vanitate, non in eis confidamus. Tria autem se inuenisse dicit, in rebus externis vanitatem, afflictionem spiritus, & instabilitatem. Econtra tria inuenimus in bonis spiritualibus, veritatē, consolationem & perpetuitatem. Omissis igitur terrenis, contendamus ad celestia. Observa hic, quām faciliter errare possit, qui aliqua tantum verba è scriptura decet

decerpit, non autem attendit intentionem scriptoris. An non pernitiosè erraret, qui tantum ex hoc capite decerperet vanitates illas, de quibus mentio facta est, non autem attenderet utrum illud verbum?

**T**ransfui ad contemplandam sapientiam errorisque & stultitiam. Signum sapientis est, statim fugere ubi periculum sentit. Colligunt quidam ex hoc loco, Salomonem verè pœnituisse, verum hæc Deo committenda sunt. Sensus autem est, Considerauit quæ vel quanta esset sapientia hominis, sed deprehendi eam non inueniri purā in aliquo homine, ut non sint admitti errores & stultitia. Quis enim est, qui possit sequi regem suum, &c. Solus Deus perfectam habet sapientiam. Vel aliter, Cum viderem in mundo nedum multam sapientiam, sed & multos errores multamque stultitiam, conatus sum inuestigare, rationemque quaerere, quare Deus non omnibus sapientiam dederit? cur hominem in peccatum cadere permiserit? &c. sed tandem agnoui, me frustra in his laborare.

**R**om. II  
**Q**uiden est homo, ut sequi possit regem, factorem suum? Hoc est, tanta est profunditas sapientie Dei, ut inuestigari non possit. Quis enim cognouit sensum Domini? &c. Ipse rex est, quia omnia potest,

test, denique & factor noster est. Satis igitur nobis sit, quod Deus ut iustissimus & sapientissimus fecit, quicquid factum est. Huc pertinet, quod Paulus ait: O homo tu Rom. 3 quis es, qui respodeas Deo? Huc etiam pertinet, quod Dominus arguit ipsum Iob curio Iob 38 sitatis, qua voluit inuestigare Dei iudicia. Idem contigit Esdræ. Vult igitur, ut nos 4. Esd. 4 occupemus in his, quæ Deus nobis per verbum suum reuelauit, omissis curiosis. Possumus & aliter hunc locum intelligere, ut sit sensus, Cum expertus sim conatus meos saepe frustratos, tametsi sapienter omnia instituisse, transiui ad considerandam etiam aliorum sapientiam, num & illis quoque accideret, sicut & mihi, immo etiam stultorum conatus considerauit, num hi semper prosperum haberent successum. Tandem hoc deprehendi, neque sapientem, neque stultum, posse sequi Deum suum. Deus enim potest sua sapientia efficere quicquid vult: Dominus (inquit) decreuit, quis poterit infirmare? Ipsi subest cum voluerit posse. Et consilium Domini in æternum maner. Non enim solùm habet sapientiam, sed & vim efficiendi, ut ea quæ proponit succedant, hoc autem homo non potest. Sunt quidem & inter homines, qui sapientissimè gerunt, & prudenter multa conantur,

Esa. 14  
Psal. 34

quæ

quæ & nonnunquam succedunt, verum non semper. Econtra sunt alij, qui stultè & temerariè sine consiliis rem incipiunt, quorum tamen temeritas nonnunquam prosperum successum habet, vbi sapientum consilia prorsus irrita sunt. Verum non semper felicitè cedit temeritas. Exéplo sit Samson,

**Iud. 16** qui temerè ingressus Gazā, successum quidem tunc habuit, sed postea idem conatus,

**Iud. 10** captus fuit. Exemplo sint Beniamitæ, qui temeritate quadam contra omnes tribus Israël pugnare ausi sunt, & successum quidem habuerunt, sed non semper. Nemo igitur est siue prudens siue temerarius, qui in hoc possit sequi regem suum, ut semper successum habeat quod proponit. Utrosque autem falli permittit Deus, ut homo nec in sapientia nec in temeritate confidat, nec quicquam suæ vel sapientiæ vel temeritati adscribat: sed omnia Deo, qui solus euenter dat. Homo enim proponit, Deus autem disponit. Creaturæ non sunt in manu nostra, sed Dei, qui dat quidem earū usum, & per nos facit quæ vult. Quod verò nos addimus, & usum illum nostris consiliis & conatibus regere volumus, frustra est. Ad hoc possunt applicari quæ sequuntur. Sapientis habet oculos in capite, hoc est, omnia sapienter prospicit. Stultus in tenbris ambulat, quia sine consilio & temerè omnia agit. Sed

idem  
enim se  
ratur,  
neque  
Dei pr  
regit  
faciente  
omnia  
Deum  
illo ni  
quid i  
dere, a  
in bor  
quam

**E**t  
quis o  
nus æ  
lentia  
quæ o  
necel  
ei rei,  
teneb  
non e  
riam  
stulti

**S**ap  
tum.

idem sunt eventus utrorumque. Neuter enim semper successum habet, quo declaratur, quod neque per nostram sapientiam, neque per temeritatem res geruntur, sed per Dei prouidentiam, qui ideo dicitur rex, quia regit actus nostros. Quicquid igitur tibi faciendum occurrit, prudenter quidem omnia prospice, fac quod potes: sed tamen Deum accipe in adiutorem, agnoscens sine illo nihil te effecturum: quod si temere aliquid incipienti tibi videris feliciter succedere, age gratias Deo, qui temeritatem tuam in bonum vertit. Caue autem denuo, quicquam stulte incipere, ne a Deo relinqueris.

**E**t vidi quia tantum praecedet sapientia stupititiam, quantum differt lux a tenebris. Ne quis ob ea quae praedicta sunt, sapietiam minus estimaret, subdit, magnam esse praelentiam sapientie, eamque ei rei comparat, quam omnes scimus & utilissimam & summe necessariam, nempe luci. Stultitiam autem ei rei, qua omnium miserrima est, nempe tenebris. Quis non expetit lucem? Verum non eodem modo affecti sumus ad sapientiam. Quis non exhorrescit tenebras? Verum stultitiam quam pauci exhorrescunt.

**S**apientis oculi in capite eius. Aliam differuntiam ponit inter sapientem & stultum. Oculos habere in capite, est circumspectio

spetere & prudenter agere, futura incommoda praeuidere, imminentibus malis prudenter obuiare, obtutus non in praesentia tantum, sed etiam in futura exacuere, &c.

Taliter autem agit sapiens in rebus mundanis, eodem etiam modo agit pius homo

**Luc. 16** in rebus diuinis. Hinc & Christus vult, ut oculos habeamus in capite, hoc est, ut sum respiciamus, imitemurque prudentiam Euangelici illius villici, &c. Qui igitur in rebus mundi futura non praeudent mala, quales sunt, qui sua vel dilapidant vel corpore sano non laborant, &c. Aut etiam in rebus diuinis non prospiciunt aeterna, hi verè non habent oculos in capite. Vides igitur quam verè supra dixerit: stultorum infinitus est numerus: quotus enim quisque est, qui oculos habet in capite, hoc est, aeterna & futura prospicit.

**S**tultus in tenebris ambulat. Vbiique enim offendit & impingit in rebus mundanis, & etiam in rebus diuinis. Qui autem oculos in capite habet, etiam per media pericula perrumpit, in mundanis pariter & diuinis.

**E**t didicisti quod minus esset utrumque interius. Addit mentionem de morte, quasi diceret, Audisti quid & sapiens & stultus operetur: Nunc vide, quem securius imitari possis. Certus enim sis, quod mors appro-

pinquas

incom-  
alis pru-  
esentia  
ere, &c.  
s mun-  
s homo  
vult, vt  
vt sur-  
entiam  
gitur in  
t mala,  
vel cor-  
tiam in  
erna, hi  
ides igi  
m insi-  
que est,  
æterna  
e enim  
idanis,  
oculos  
ericula-  
iunis.  
interi-  
e, quasi  
stultus  
mitari  
appro-  
inqua-

pinquat. Securius autem est eum imitari, qui oculos habet in capite. Vel aliter, Quā uis magna sit differentia inter sapientem & stultum, utriq; tamen imminet mors. Vide igitur, ut ea inquiras, quibus etiam per mortem perrumpere possis. Ea autem nullibi inuenies, quam in Christo.

**E**t dixi in corde meo, Si unus & simili &  
meus occasus erit. Ne quis offenderetur  
ultimo illo verbo, proxime præcedenti, po-  
nit obiectionem carnalis hominis. Cōcio-  
natoris enim est, nedum quod verum est  
dicere, sed & præcauere, ne quis inde scan-  
dalizetur. Pulchrè autē hic vides ingenium  
Adami, qui cū audit sua cōfilia & conatus  
damnari, putat res ipsas damnari, statim  
que à bonis cessat. Sic cū audit damnari  
fiduciam operum, putat ipsa opera damna-  
ri. Non malum est sapientiae intēdere, imo  
sapientia pretiosior est cunctis opibus. Et Prover. 8  
ad multa utilis. Verum consilia nostra ma-  
la sunt, primò enim maior pars non ob-  
aliud sapientiam querit, quam ut maxi-  
mos honores, splendidos titulos, men-  
oriāmque immortalem inde aucupetur.  
Deinde habita sapientia, statim irrum-  
scit, non attendens dictum Pauli: Quid ha- 1.Cor. 4  
bes, quod non accepisti? &c. Postremò suis  
confilijs & sapientiae confidit, quasi falli

non possit. Hæc sunt quæ Salomon damnat.

**Q**uid nihil prodest, &c. Dupliciter in hoc peccat homo carnalis. Primo, quod à bono cessat. Secundo, quod pœnitentia eum insumpti laboris. Non cessandum à bono, nec pœnitere te debet boni, sed quod tam diu stultitiae & peccatis seruieris. Non ob id nihil prodest sapientia, quod sapientum nonnunquam irrita sunt consilia, & quod sapiens non minus moritur quam stultus, immo omnium maximè prodest, quia prospicit futuram vitam & ad eam contendit. Nec ob id vanum est iustitiam colere, quod plerunque iusti hic affliguntur. Non enim promisit Deus hic beatam vitam iustis, sed in futuro.

**L**ocutus ē; cum mente mea animaduerti, quod hoc quoque esset vanitas. Vanum est quod carnalis homo sua sapientia querit, nempe gloriam & perpetuam memoriam. Subdit causam.

**N**on enim est recordatio sapientis similiter ut stulti, & futura tempora cuncta pariter obliuione operient. Gloria & laus humana plerunque sequentem fugit, & fugientem sequitur. Gloriam & memoriam quæsierunt sapientes illi Philosophi, &c. sed non asecuti sunt. Vix enim inter mille homi-

nes vnum inuenies, qui vel nomen eorum cognoscat. Quod si maximè apud doctos eorum memoria est, quid ilis prodest? Econtra Patriarchæ alii que pijs nihil minus quæsierunt, quām gloriam humanaam, & tamen eam asecuti sunt. Vbiique enim nunc celebris est eorum memoria. Hinc Salomoni non solū datur quod petierat, sed & alia quæ non petierat. Vis igitur æternam tibi memoriam parare? Quære sapientiam, non ob aliud, quām ut plenius Dei voluntatem & agnoscere & perficere possis, aliisque seruire. Si talis fueris, nunquam tui obliuiscetur Deus, etiam si mandus tui obliuiscatur. Potest & locus iste intelligi non de personis, sed de rebus quæ per homines fiunt. Durat quidem in libris hominum memoria, sed non in ordinatione Reipublicæ. Et referuntur quidem res gestæ in annales, sed ne mo eas obseruat & curat, & posteri non commouentur exemplis priorum, nec contenti sunt ordinationibus priorum, sed meliora conantur facere. Lycurgus putabat suas leges fore æternas, sed fefellerit eum opinio sua. Augustus dicebat se iesisse ea fundamenta Reipublicæ, ut speraret eam perpetuò sic permansuram, sed posteri eius statim omnia euerterunt.

*Salomon ita gubernabat regnum, ut spera  
retur perpetuum fore, sed statim post eius  
mortem Roboam non contentus ordina-  
tione patris: Minimus ( inquit) digitus  
meus grossior est lumbis patris mei, dum-  
que alia molitur, regnum perdit. Idem  
cōtingit etiam in religione & verbo Dei.  
Posteri enim non contenti sunt doctrina  
a patribus tradita, sed aliam querunt.  
Stultum igitur est conari omnia sic insti-  
tuere, ut etiam posteris placeant. Non est  
memoria sapientis, &c.*

*Psal. 115*

*M*oritur doctus ut indoctus. Alio exem-  
plo probat, vanum esse in sapientia  
querere gloriam, & nominis immortalitatem. Moritur sapiens cum rebus gestis,  
sicut & stultus. Cura igitur, ut sapientiam  
queras vera intentione, tunc enim pretio-  
sa erit mois tua in conspectu Domini, &  
etiam si morte preoccupatus fueris, in re-  
frigerio eris. Moritur doctus & indoctus,  
pius & impius, sed non eundem successum  
habent in futuro.

*Philip. 1*

*E*t ideo tādet me ritē meā, videntem mala  
mīuera esse sub sole, & cunctā vanitatem  
& afflictionem spiritus. Tādet & pios &  
impios ritē huius, sed diuerso respectu.  
Pios, ideo tādet huius ritē quod deside-  
rium habent esse cum Christo, quemad-  
mo

modum & David ait: Quando veniam & psal 41  
 appârebo ante faciem domini. Deinde  
 ideo eos tædet vita huius, quia sentiunt  
 eam peccatis plenam, nec fieri posse, ut  
 non interdum cadant, séque nunquam se-  
 curos esse. Hinc Paulus: Iufelix ego homo, Roma. 6  
 quis me liberabit de corpore mortis hu-  
 ius? Impios autem tantum ideo tædet vi-  
 ta huius, cum vel eorum consilia irrita-  
 cadunt, vel aduersa ingruunt. Alioqui ubi  
 omnia succedunt, ne optarent quidem  
 aliam vitam. Deinde quâuis nonnûquam  
 etiam pios tædeat vita propter externa  
 mala, ut Job, & Tobiam & Heliam, &c.  
 tamen nihil propter hoc grauius in se con-  
 sulunt, sed omnia Deo committunt, dicen-  
 tes: Fiat voluntas tua. Impij autem ex ea  
 indignatione, multa mala faciunt, & non  
 nunquam sibi ipsi manus iniiciunt. Sic  
 Achitophel seipsum suspendit. Idem fecit  
 iudas. Saul seipsum occidit, &c.

2. Reg. 17

1. Re. vlt.

**R**ursum detestatus sum omnem industriam,  
 qua sub sole laboravi. Ad idē refertur,  
 ad quod superiora. Sic (inquit) me tædet  
 vita meā: nam etiam si res omnes meas  
 optimè constitui & administraui, tamen  
 ignoro sapientem ne, an stultum hære-  
 dém habiturus sim. Si sapientem fasti-  
 diet, & aliud queret, cum ego ipse mea fa-

Eccl. 34

stidiā, & noxa cupiam. Si temerariū destruet. & habebit eandem laborem in destruendo, quem ego in constituendo, iuxta Prouerbiū: Vnus ædificans, & alter destruens, quid prodest illis nisi labor? Sic Octavius Cæsar ornauit urbem, Nero eandem vastauit, Pompeius ingērem pecuniaē vim in ætrium publicum collegerat, Cæsar autem vna die totum ætrium exhausit. Idem contingit in labore spirituali. Laborat sapiens diebus & noctibus, ut componat libros, ut possit prodesse posteris: at fieri potest, ut iidem libri veniant in manus stultorum, qui inde vel hæresecos semina capiant, vel omnino destruant. Alter intelligitur locus ille in speciali, de inani cura parentum in ditandis filiis. Signanter addit. Omnem industriam sub sole, ne videatur etiam spiritualia exercitia detestari. Præclarum viderit magnæque sapientiae ac pridentie, filiis prospicere, eosque promouere ad diuitias & honores. Et ob id plerunque magnis negotiis se ingeneruat parentes, & ad ardua officia contendunt, tota vita se macerant, immo nec noctu quiescunt. Præterea etiam cum dispendio animæ suæ filiis bona cōgregant. Non quidem malum est, filiis etiam in temporalibus prospicere: hoc enim & natura dictat,

sc.

& charitas suadet, & Apostolus præcipit:  
Qui suorum (inqui) curam non habet, si-  
dem negavit. Hoc autem malum est, quod  
tantum aliis laboramus, non autem nobis  
ipsis in spiritualibus, sed nosipso planè ne-  
glijimus. Item, quod filiis nostris tar-  
tum terrena, non spiritualia prouidemus.  
Item, quod propter eos præcepta Dei trâf-  
gredimur, nosq; ipsos cū filiis damnamus.

**H**abiturus hæredem post me quem ignoro,  
vtrum sapientis an stultus futurus sit. Mul-  
tipliciter Deus hūc nostrum conatum fru-  
stratur. Aliquando filij moriuntur ante-  
quam ad hæreditatem perueniant: aliquā-  
do mali euadunt, & miserabiliter pereunt:  
aliquando quod magno labore eis peperi-  
sti, ipsi dilapidant: aliquando eis congre-  
gas, qui nunquam tui recordabuntur: ali-  
quando ab iisiphs, quibus labores iniuria  
afficeris. Sicq; hoc vano conatu nihil con-  
sequeris quam calamitates & miseras, ut  
interim raceam de penis inferni, quæ con-  
sequentur. Hec autem omnia iusto Dei iu-  
dicio contingunt, quod peruerso amore & or-  
dine filiis prouidere studemus. Vis igitur ut  
prosperè tibi succedat labores circa filios?  
haec age. Primo agnosce Deum potiorē esse  
parē filiorū tuorū, eosq; nō minus, imo pl<sup>o</sup>  
ad eū, quam ad te pertinere. Hoc si feceris,

- senties dimidium laboris tibi ablatum. Laborem enim corporalem tibi assamis, Deo autem ut vero patri curam reliquis. Miserrimus autem es, si te vitroq; affligas, nec tamen quicquam efficere potes. Secundò cogita filios tuos nedum corpus, sed etiam animam habere, animamq; potiorēm esse corpore. Hinc videbis plus tibi laborandum esse, ut anima eorum bene habeat quā corpora, sicq; erudies eos in timore domini, &c. Tertiò cogita filiis tuis nedum necessaria esse temporalia, sed etiam sapientiam & iustitiam. Quid enim prodest multa bona cōgerere, filios autem negligere, nec erudire, ut honorum possint esse capaces? Quartò moritus ante omnia pro testamento filiis Deum propitiū relinquit: quod tum fiet, si eos in timore Dei educaueris. Qui Deum habet propitium, huic suo tempore non deerūt diuitiae, honores, &c. Sic Isaac filium suum benedixit, ac Deum propitiū illi reliquit, id quod euentus monstrauit.
- Gene. 28** Nam statim post hoc apparuit Deus ipsi **Tobie. 4** Iacob, dicens: Ego sum Deus, &c. Sic **Iob. 1** Tobias moritus, filium suum instruit. Sic Iob pro filiis sacrificat, &c. Si hoc & tu feceris, videbis filios tuos tibi iucundos, Deo placitos, & ecclesiæ vtiles, quemadmodum pulchre docet Psal. Beati omnes qui

qui timent dominum, &c. Deinde & Deo  
gratissimum, & ecclesiæ utilissimum o-  
pus facies. Postremo, & tibi & filiis vitam  
æternam acquires. Summa, si tedium in  
educandis liberis declinare cupis, cogita  
eos à domino non secus ac sacer quidpiam  
tibi creditos, ac ad custodiendum commis-  
tos: hoc si feceris, Deum in ipsis inuenies  
cum omnibus bonis, eumque ipsis relin-  
ques. Sin autem, nihil in eis inuenies, nisi  
ipissimum satanam cum omnibus malis,  
eundemque eis relinquas.

**N**onne melius est comedere et bibere, &  
stetdere animæ suæ bona de laboribus suis?  
Hic tandem Salomon suam sententiâ po-  
nit, quæ sit optima & quietissima vita,  
nempe contentum esse præsentibus, cum  
gratiarum actione vii Dei donis, in Deum  
reiicete curam futurorum, omnia accipe-  
re ut Deus dederit, in prosperis non eleua-  
ri, in aduersis sperare meliora. Denique in  
omnibus cordis quietem habere. Qui ta-  
lis est, felicius & iocundius viuit, quam  
qui omnium rerum copiam habent, maio-  
rēmque voluptatem ex pauculis illis, quæ  
habet, refert, quam alij ex immensis diui-  
tiis. Hinc Apollo Aglaum quendam rusti-  
cum pauperissimum, qui terminos agelli  
sui nunquam exceperat, feliciorem pro-

nuntiauit Gyge Lydiorum rege opulentissimo. Hinc Diogenes dolium suum omnibus Alexandri bonis præferebat, nec tantam securitatem & quietem Alexander in toto regno habere poterat, quantum iste in sua paupertate. Sic & Tobias dicit: Pauperem quidem vitam ducimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum. Sic

*Tob. 4* *Prope. 30* Salomō: Diuitias & paupertatem ne dederas mihi, sed tantum vieti meo necessaria.

*Matth. 6* Hinc Christus, ut ostēdat quæ sit quieta vita, ad auium exempla nos remittit, quæ sumunt quod occurrit sine cura meliorum, interim semper lātē cantillant,

*Philip. 4* &c. Talis erat Paulus, qui dicebat: Scio abundare & penuriam pati, &c. Vult igitur Salomon quietissimam vitam (quod ad externa attinet) in duobus consistere. Primo, ut cum gratiarum actione vramur Dei donis, contenti presentibus. Secundo, ut in laboribus nostris ostendamus animæ nostræ bona, hoc est, ut corpore laborante, sinamus animam quiescere à curis, sed omnem curam Deo committamus.

*1. Pet. 5* *Roma. 9* **E**t hoc de manu Dei est. Non est volentis neq; currentis, sed miserentis Dei. Nō poteris tuis studijs & conatibus peruenire ad quietem veram, nisi Deus dederit. Cui Deus cibum benedixerit, is veram in cibo

cibo seruenerit. Helias tantā in diebus & sociis factus enim benevolentiam veram sint pa-

**Q**uia dum sem, rem, a Certus gaudet

**H**abendum tem, sensu modum est in Secundum Deus ex gratia dicitur

cibo sentiet dulcedinem. Sic filij Israël in- *Sap. 16*  
 uenerunt in Manna omnem suavitatē. Sic *3. Reg. 1.*  
 Helias in subcinericio pane & potu aquae  
 tantā inuenit fortitudinē, ut quadraginta  
 diebus noa indigeret alio cibo. Sic Daniel *Dan. 3*  
 & socij eius, ex leguminibus corpulentio-  
 res sa tū sunt, quā alij ex cibis regis. Deus  
 enim benedicebat. Vbi autem Deus non  
 benedixerit cibos, ibi nunquam inuenies  
 veram dulcedinem, etiam si diligentissime  
 sint parati, ideo subdit Salomon.

**Q**uis ita vorabit ut ego. Quasi diceret: Si  
 xiplicis cibis, & non ex manu Dei ve-  
 ra dulcedo esset, ego verè felicissimus fuis-  
 sem, cum omnia abundantissime habe-  
 rem, at qui ego contrarium expertus sum.  
 Certum igitur est, è manu Domini verum  
 gaudium esse.

**H**oc ostendit quonā modo hoc Dei  
 donum consequi possumus. Dupliciter au-  
 tem intelligitur hoc verbum. Primo ut sit  
 sensus. Et qui Deo placet dat, &c. et. Iuxta  
 modū loquendi, quo dicitur: Hoc bonum  
 est in conspectu meo, hoc est, placet mihi.  
 Secundūm hoc igitur sensus est, quod  
 Deus hoc donum non ex meritis dat, sed  
 ex gratia, ut sit idem cum eo quod alibi  
 dicitur: Cuius vult miseretur. Vel aliter. *Rom. 9.*

Homi

Homini bono , &c. hoc est , ei qui non solum coram mundo bonus est , sed & coram Deo . Bonus autem est in cōspectu Dei , qui per fidem Iesu Christi iustificatus , à peccatis emundatus , & gratiam adeptus est . Primo igitur omnium cura , ut iustitiam , gratiam , imò Deum ipsum in corde habeas , quod per solum Christum consequi potes . Hoc si feceris , quocunque te verteris , inuenies gaudium etiam in aduertis . Sin autem , ne Paradisus quidem ipse te oblectari poterit , nec quacunque diuitiæ exaturare . Stat enim sententia , Omni habenti dabitur , & abundabit , &c. Qui gaudium cordis habet , huic etiam non deerit exterrum , prosperè enim succedent omnia . Qui non habet gaudium cordis , etiam gaudiū corporis amittet .

**S**apientiam , scientiam , lētitiam . En qualia quantāque bona Deas suis det . Sapientiam , ut dirigantur recte in diuinis : Scientiam , ut dirigantur in mundanis . Addit insuper lētitiam cordis & corporis , sicque homo pius etiam in hoc seculo melius habet , quā impij . Incipit enim beatitudo eius hic , & permanet in perpetuum .

**P**ecatori autem dat Deus afflictionem & curam superfluam , ut addat & congregate , & tradat ei qui placuit Deo , &c. et . Iustissima retrī

retribu  
meritō  
nonnu  
industr  
vt mag  
cundat  
Impiis  
tias , &  
cet sat  
gregat  
conting  
quisie  
placuit  
rant &  
foli p  
rarunt  
titia &  
bente

**S**A  
nostr  
tamē  
sierib  
& tr  
nisi  
qua  
sua

retributio, quia enim non à Deo incipiunt, meritò spe sua fraudantur. Habet & impij nonnunquam sapientiam & scientiam vel industriam, verum sic molestius mistam, ut magis sint ei in pœnam. Quærunt iucundam vitam, & nunquam inueniunt. Impiis dat Deus res ipsas, scilicet diuitias, &c. sed piis dat earum fructum videlicet satietatem, voluptatem, &c. Impij congregant, sed demum quæ congregauerunt contingunt his qui Deo placent. Saul acquisierat regnum, sed datum est ei qui Deo placuit, nempe Davidi. Quæ impij laborent & ædificant, nemo recte vtitur nisi soli pij. Summa, pij verè habet orbem terrarum, quia rebus creatis fruuntur cum lætitia & tranquillitate: impij verò etiam habentes non habent.

## CAPUT

## III.

**S**atis superi: iam ostenderat, pluribusq; exēplis probauerat, non in nobis aut conatibus nostris confidendum esse, sed in solo Deo, pergit tamen r̄lerius admonere. Quemadmodum enim sterile solum, nisi assidue colatur, nihil nisi spinas & tribulos profert: sic humani animi natura, nisi sedulò fuerit admonita, ac correptionibus quasi oppressa, nihil aliud nouit, quam rationis sua consilia perdite sequi. Pulchre autem hoc caput

caput superioribus coheret. Cum enim in fine  
cap. 2. dixerit hanc esse optimam vitam, dum ho-  
mo in suis laboribus animæ sua bona ostendit,  
hoc est eam quiete cere sumit à curis & solicitudi-  
nibus. Pergit nunc hoc capite ostendere, quā va-  
na sit omnis cura & solicitude nostra, docētque  
omnē curā & sollicitudinē in solū Deū ponedam.

**M**NI A tempus habent &c. Sunt  
 qui totum hunc textum expo-  
 nant, ut sit quasi quedam ad-  
 monitio, ne in rebus terrenis  
 felicitatem ponamus, nedum ob id, quod  
 ubique inuenitur vanitas & afflictio spiri-  
 tus, sed etiam ob id, quod perpetuae non  
 sunt. Omnia enim que tempus habent &  
 tempore metiuntur, non diu persistunt.  
 Hinc plura exempla & alternationes rerū  
 adducit. Nunc enim nascimur, nunc mo-  
 rimur, nunc ridemus, nunc flemus, & sic de  
 aliis. Quomodo autem potest esse vera fe-  
 licitas: que alternationibus subiacet, & per  
 petua non est? Vera igitur felicitas supra  
 celum querenda est, vbi nullum tempus  
 est, nec illa rest tempore metitur, sed sunt  
**vn. 2** perpetua omnia. Nolite igitur diligere  
 mundum, neque ea que in mundo sunt. Alij  
 hunc locū sic intelligunt & exponunt, ut  
 singula verba sint speciales regulæ ad mo-  
 res

res accommodet. E quorum numero est & Hieronymus. Secundum hos igitur hunc habet sensum exordium huius capituli. Omnia tempus habet, hoc est: Non satis est homo, ea quae precepta sibi sunt facere, nisi & suo tempore & debito modo quaque faciat. Tempus nascendi est, dum iudicium Eze. 25  
 Dei audimus, ut inde concipiamus & pariamus spiritum timoris. Tempus moriendi est, dum in charitate adeo proficimus ut timor ille seruilis manere non possit, sed moriatur, ei que succedat timor filialis. Tempus plantandi virtutes, vitiisque euellendi. Tempus occidendi veterum hominem, tempus sanandi verbo Dei animam afflictam & humiliatam. Tempus destruendi mala, tempus edificandi bona. Sic enim 1. Ioan. 4  
Hier. 1  
 Hieremias preceptum erat, ut euelleret, destrueretque, postea edificaret, &c. Tempus flendi nunc, tempus ridendi in futuro. Tempus plangendi, cum annunciantur nobis peccata nostra & Dei iudicium. Tempus saltandi, cum Dei promissiones audimus. Ne nobis contingat illud: Cantauimus vobis, Mat. II  
 & non saltastis. Tempus spargendi Iudeos, Matt. 3  
 In lapidum duritiam versos: tempus lapides colligendi, hoc est gentiles lapidibus duxiores in filios Abrahae suscipiendi. Tempus amplexandi, cum proles queritur:  
 temp

tempus abstinenti, ut vacemus orationi.

**I. Cor. 7** Vel aliter, Tempus amplexandi eo tempore, ubi dicitur: Crescite & multiplicamini.

**Genes. 1** Abstinenti autem eo tempore, de quo dicitur

**I. Cor. 7** tempus breve est: Reliquum est, ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint, &c.

Vel aliter, Tempus amplexandi sapientiam.

Iuxta illud: Honora sapientiam, & amplexabitur te, &c. Abstinenti autem, cum aliud

suedet vel necessitas corporis, vel charitas

**Gala. 6** proximi. Tempus acquirendi gratiam nunc

est, tempus perdendi acquisitam, dum superbis. Tempus custodiendi temporalia, ne male consumas, tempus abiiciendi, dum indi-

get proximus. Tempus scindendi cor ad pœnitentiam, tempus consuendi & costringendi,

dum cor malis cogitationibus astuat, ne eas in opus producat. Tempus tacendi, dum vel

proximus non edificatur, vel etiam inde scandalizatur. Tempus loquendi, cum Dei præceptum & utilitas proximi suadet. Tempus

amandi parentes, filios, post Deum. Tempus

**Mat. 10** autem eosdem odiendi, cum Christus alio

vocat. Tempus belli, dum hic vivimus. Tempus pacis in futuro. Verum haec expositio

potius mystica est, quam literalis. Secundum

alios igitur sensus literalis huiusmodi est.

**O**mnia tempus habent. Hoc est, omnia

humana opera & studia habent certum

tum & definitū tempus, incipiendi, proficiendi, finiendi, extra facultatem nostram: Nec quicquā effice homines suis conatus, etiam rumpantur, nisi ad sit tempus & hora à Deo præfixa. Vana igitur & omnis nostra cura & solicitudo. Huc pertinet, quod Christus ait: *Quis secum cogitans, potest adiucere ad itaturā suā in cubitu vnu u?* Nectamen hoc vult Silomō, quod ob ille cessire de beatus à laboriosas expectemusq; quanto Dominus efficiat quod voluntus: Non damat labore nec eum prohibet, sed curā: n. Cura enim & solicitudo in se & maximas & vanissimus labor est, insuper & nihil commodi affert nedū enī in corpus, sed etiā animā gravat cū alij laborestantū corpus imbecille reddant, nec omnino inutiles sint: Ut intermit taceam, quod huiusmodi curae ne jū non prosunt, ied & plurimū officiunt. Nā & le men verbi Dei suffocāt. sicut igitur Deus vindictam inimicorum nostrorum sibi reseruauit, ita & solitudinem quoq; sibi reseruauit. Quē admodum eam in domo patrifamilias, & serui & ancillæ & filij singuli sua officia faciunt, nemo tamē eorum pro cibo sollicitus est, sed eam curam patrifamilias relinquunt: Sic nos facere vult Deus. Huc pertinet quod Christus

Mat. 6

Mat. 13

Deus. 32

**Mat. 6** ait: Nolite solicitiri esse. Scit enim pater ve-  
**I. Pet. 5** st. r, quod his omnibus indigetis, &c. Item,

Omnem solicitudinem proiicietes in Deum.

**Psal. 54** Ipsi enim cura est de vobis. Item, lacta su-  
per dominū curam tuā, & ipse te enutriet.

**T**empus nascendi. Probat nunc exemplis  
quod dixerat, vanā esse curam nostrā  
& solicitudinem. Sunt qui plurimū solliciti  
sunt ut prolē habere possint. Alij solliciti  
sunt, ut nascatur proles virilis. Verū ut ter-  
que frustra curat, in sola enim manu Dei

**Gene. 16** est, & quando & quales nascamur. Longo  
tempore desiderabat Sara filium, sed nihil  
efficiebat sua cura ante tempus à Deo dif-

**Gene. 30** finitum. Idem cōtigit & Racheli, &c. Quia  
nasci tempus suum haberet.

**T**empus moriendi. Sicut nasci suum tem-  
pus habet definitum, sic & mori, ipso  
**Iob. 14** Iob teste. Breves (inquit) dies hominis  
sunt: Numerus mensuram eius apud te est:  
Constituisti terminos, qui prateriri non  
poterunt. Hunc terminū nemo sua cura vi-  
tare potest, id quod plura exempla probat  
etiam gentilium. Imo (ut nonnulli satis qui  
dēm liberē, si non nimiū temerē afferunt)  
ne præuenire quidē potest. Nam (inquiunt)  
etsi in summo periculo quis sit, & extrema  
desperatione, tamen non moritur, nisi sua  
hora. Videntur quidem aliqui præuenire  
tempus

temptis mortis, ut qui seipsoſ præcipitare,  
ſupendūt, vel malis factis agunt, ut violē-  
ta morte hinc tollantur, ſed veſe non pia-  
ueniūt. Deus enim illis dedit & illā horā,  
& illa media, & illud genus mortis, ſed iu-  
ſto & occulto iudicio. Sic quidā accipiunt  
letalia vulnera, & tamen faciliē sanantur.  
Alij vix leuiter laſi, moriuntur tamen,  
quia mori, tempus definitū habet. Astro-  
logi hoc astris imputant, alijs fortunæ: At Act. I.  
ſcriptura ſacra hoc Deo tribuit, apud quē  
ſunt vitæ & mortis noſtre momenta poſi-  
ta, apud quem nō refert magno an paruo  
vulnera peteas, ut cofundātur omnia con-  
ſilia humana. Summa, nulli non certa viṭe  
meta poſita eſt, apud Deū, adeò, ut nedum  
anni, ſed & mēſes, dies, horæ, deniq; & ho-  
rariū momenta periode atque capilli capi-  
tis noſtri apud illum numerati ſint. Ve-  
runtamen variis viſitū mediis & instru-  
mentis ad hoc, ut vnumquenq; termino  
ſibi præſiuito ē terris subducat. Alium  
enim ſubitanea morte, alium ferro, alium  
igni, alium aqua, aut laqueo, alium longa  
ægritudine, alium longæua etate ē terris  
subducit. Certum ramen eſt, quod cuique  
ſuus terminus eſt præfixus. Vana igitur  
eſt omnis cura pro mortis termino. Hoc  
cura, ut ita viuas, ut quocunque tempore

**Luc. 12** Dominus venerit paratum te inueniat, reli  
qua co*mitie* Deo : Nemo tamen ob hoc  
temerè se periculis ingerat. Hoc enim effet  
Deum tentare, n*isi* periculum declinare ne  
queat citra peccatum c*ontra* dominum. In  
hoc enim casu tranquilla c*onsentia*, fide in  
verbum, Domini (quod nobis sua causa pe-  
nitentibus auxilium pollicetur) quæuis  
discrimina nihil cuncti ui obire poterimus.

**Exo. 14** Sic Israëlitæ secure citra Dei temptationem  
intrauerunt mare, prohibuerat enim domi-  
nus, ne rediret ad Aegyptum. In tali enim  
casu cogitandū, Mori habet tempus suum.

**T**empus plantandi, & tēpus euellendi. O-  
mnis labor & solicitude inanis est in  
seminando & plantando, nisi fiat tempore  
suo. Sed nec cura nostra quicquam conser-  
te potest ad hoc, vt crescant quæ semina-  
uimus. Denique & legitimum tempus  
mēsis & euultionis expectandum est, alio  
qui si ante tempus euellas aut metas, nihil  
fructus referes. Laborem igitur nobis su-  
mamus, curam relinquentes Deo, id quod

**1. Cor. 3** Paulus fecit : Ego (inquit) plantavi, &c.  
Deus autem incrementum dedit, non mea  
cura aut labor. Nihil efficies tua cura ad  
hoc, vt crescant terræ nascentia : Verū  
**Deut. 28** aliud quiddam adhibere oportet, nempe  
obseruationem Dei mandatorū. Si (inquit)  
audie

at, reli  
b hoc  
n est  
are ne  
ut. In  
fide in  
usa pe-  
quauis  
rimus.  
ionem  
domi  
enim  
uum.  
udi. O-  
s est in  
mpore  
onfer-  
emina-  
empus  
t, alio  
s, nihil  
bis su-  
d quod  
i, &c.  
on mea  
ura ad  
verum  
nempe  
(nquir)  
audie

**T**empus occidendi. Quemadmodum o-  
mnes inimicorum nostrorum insidię  
nihil efficiunt, sic omnis nostra cura qua-  
nos cruciamus ob hostiles infidias vana est.  
Conabantur filij Iacob occidere Ioseph fra-  
trem suum, sed frustra. Conabatur Pharao  
occidere Moysēm, Saul Dauidem, Iudæi  
Paulum, Pharisæi Christum, sed frustra,  
quia occidere habet tempus suum. Mors  
nostra non est in potestate aduersariorum  
nostrorum, sed Dei. Hinc Christus Pilato: *Iean.19*  
Non haberes in me potestatem, &c. Hinc  
sepius in Euangelio legitur: Non dum ve-  
nerat hora eius. Hinc Christus ipse Apo-  
stolis timentibus: Nonne duodecim sunt *Iean.11*  
horæ diei? Huc pertinet quod Christus  
dicit: Capillus non peribit de capite ve- *Matt.10*  
stro, nec passer cadit in terram sine Patre  
vestro, &c. Haec autem summa consolatio  
nostra est, mortem nostram in manu so-  
lius Dei esse. Noli igitur timere aduersa-  
rium hominem, sed Deum, ipsique te com-  
mitte, nihil curans de hostium infidiis.  
Sic Iudas Machabæus. Absit (inquit) ut *1.Mac.9*  
fugiamus, sed si venit tempus nostrum

moriāmur , &c. Quod si quid aduersi nobis contigerit, non imputemus hominum malitiae, sed Dei voluntati.

**T**empus sanandi. Nihil non agit homo infirmus, ut sanitatem recuperet, sollicitus est, desiderat, conqueritur, sed frustra, nisi adsit tempus. Sic Iob quantumuis conquereretur, tamen nihil proficiebat, sed oportebat expectare tempus. Idem cogit Thobie. Sic infirmus ille Euangelius, quicquid attendebat vel curabat, non ramen poterat in 28. annis sanari, quia nondum erat tempus sanandi. Nihil agunt nec medicus nec medicina, sine Deo. Vti quidem potes & debes medico & medicina, ne Dominum tentes, sed noli in his tantum confidere, sed in Deo.

**T**empus destruendi. Sunt qui plura conantur destruere, sed frustra laborant nisi adsit tempus à Deo præfixum. Conabantur olim plures gentes & regna impedi re, & destruere regnum Romanorum, sed frustra: quia non erat tempus destruendi. Præuiderat sibi Deus regnum Romanorum, ut patet in Daniele. Post natum autem Christianum facile destructum est idem imperium, quia tempus erat destruendi. Prædixerat enim Deus. Ad ultimum ipsi quoque Numb. 24 peribunt. Conabantur pleraque gentes Isra

Hraël  
pereſſ  
pus. I  
profeſſ  
pheta  
rib no  
tamer  
deſtru  
non p  
poſteſſ  
quia t

T  
ſtra te  
nij pe  
non p  
metſi  
ſuſciſ  
beren  
zediſſ

T  
ſlere,  
tem t  
tingi  
riſuſ  
plan  
re ſuſſ  
ſe in

H̄raēlitas destruere, vt ne nomen eorum fu-  
peresset, sed frustra, quia nondum erat tem- *Psal. 82*  
pus. Idem conatus est Nabuchodonosor & *4. Reg. 25<sup>a</sup>*  
profecit, quia tempus aderat. Nam per Pro-  
phetas prædixerat hoc Deus. Sic Sennache-  
rib non poterat destruere Hierusalem, quā *4. Reg. 19*  
tamen Rex Babylonis facile destruxit, quia  
destruere habet tempus suum. Sic Nicanor *1. Mac. 7*  
non potuit destruere templum, quod tamē  
postea etiam inuito Tito combustum fuit,  
quia tempus erat destruendi.

**T**empus edificandi. Habet & ædificare  
suum tempus, quo non præsente fru-  
stra te excrucias. Si non poterant Bablylo- *Gene. 11*  
nij perficere turrim, quam inceperant. Sic  
non potuit David ædificare templum, ta- *2. Reg. 7*  
metsi id cuperet. Sic Iudei non potuerunt  
fuscitare templum suum, etsi à Juliano ha-  
berent potestatem, quia non erat tempus  
ædificandi.

**T**empus flendi, & tempus ridendi. Con-  
tingit nonnunquam, vt non possis  
flere, quantūcunque te excrucies: Alio au-  
tem tempore aliter affectus es. Idem con-  
tingit in risu & saltatione. Denique neque  
risus, neque fletus, neque saltatio, neque  
planetas tibi decorus est, nisi fiat tempo-  
re suo. Vē vel hic videoas, omnia posita es-  
se in manu Dei. Quod subdit de sparsio-

ne lapidum, etiam ad aedificationem referri potest, præsertim ubi solis lapidibus aedificatur. Contingit nonnunquam, ut pulchre procedant aedificia. Econtra contingit, ut statim iterum destruantur.

**T**empus amplexa di, & tempus longè fieri ab amplexibus. Nedum ad amplexus potest referri, sed etiam ad contractum Matrimonij. Omnes hic summam curam adhibent, ut contingat coniunx quæ placeat, sed plerunque contrarium evenit, quia hoc non efficit cura nostra, sed Dei gratia: Divitiae & domus dantur à parentibus, vxor autem à Deo. Contingit interdum, ut magna cura queratur coniunx, sed etiam si conuerterint, non coherent: quia Deus non copulavit. Econtra contingit interdum, quod duo homines sibi copulantur, qui se nunquam prius viderunt, sed primo aspergitu ad se mutuo afficiuntur. Sic Jacob primo visu Rachelem dilexit ut coniugem. Nunquam bene coēunt matrimonia, si Deus excludatur.

Propt. 19

Genes. 29

**T**empus acquirendi, & tempus perdendi. Experiuntur hoc negotiatores, qui quantumcunque laborent & solliciti sint, non tamen semper lucrat. Videmus item aliquibus quasi citra omnem laborem afluere bona, econtra autē aliis, etiam omnia

CONAN

conar  
ideo p  
manu**T**Cona  
Aegy

Baby

tur re  
retinDeus  
temp**T**de de  
Boch

quia

idem

Deus  
res sc

frust

scissi

hrc  
Dei  
ces r  
& co**T**

per:

conantibus bona decrescere. Hoc autem ideo permittit Deus, ut discamus omnia ē manu eius sperare.

**T**empus custodiendi, & tempus abiiciendi.  
Laboramus & hic fructuā sine Deo. Conabatur Pharaō retinere Israēlitās in Aegypto, Zedechias ciuitatē Hierusalem: Babylonī, Persā, Medi, Romani, conabantur retinere Imperium, sed fūstra. Nihil retinere potes, nisi quatenus & quandiu Deus manū apponit: Ipso custodiente, tempus est custodiendi, & econtra.

**T**empus scindendi, & tempus confisendi. Conabantur plerique scindere regnum de domo Dauidis, ut filij Saul, Seba filius Bochri, denique ipse Absalon, sed frustra, quia non erat tempus scindēdi. Conatus est idem hoc Hieroboam, & successit, quia 3. Reg. II Deus iam hoc definierat. Conati sunt plures scindere Ecclesiam, ut Tyranni, &c. sed frustra. Conati sunt plures per hæreticos scissam consuere, sed frustra. Omnia enim h̄c non nostris conatibus efficiuntur, sed Dei auxilio. Conabatur Roboam & sequaces reducere regnum ad Dauidis domum, & consuere populum sed frustra.

**T**empus tacendi, & tempus loquendi. Prodest nonnūquam tacere, sed non semper: prodest interdum loqui, sed non sem-

**3. Reg. 12** per. Sic Roboam vno verbo populum à se alienauit. Nō igitur nec in tua loquela, nec taciturnitate fiduciam ponas, sed in Deo, & utroque utere pro tempore.

**T**empus dilectionis & tempus odij. Intendum ad aliquos sic affecti sumus, vt non possimus eos odire, & econtra. Item, vt cupiamus, vt omnes diligent & odiāt, quos nos vel diligimus vel odimus, verum nihil agimus. Deus est qui corda mutare potest ab odio ad dilectionem.

**Esa. 45** **T**empus belli, & tempus pacis. Plerique moliuntur bella, sed nihil procedit. Alij suis curis conantur seruare pacem subditorum, sed frustra. Hoc non efficies tuis curis, sed Dei gratia. Ego dominus faciens pacem, & creans malum.

**Q**uid habet homo amplius, &c. Conclusio est, quasi diceret: Ad eū Deus optimus maximus sibi vniuersa reseruauit, vt nihil penitus siue magni siue parui momenti sit, inconsulta sua opportunitate & voluntate pergere sinat. Hæc autem omnia haec tenus dicta, non sic accipienda sunt, quasi Salomon velit omnia e necessitate absoluta euenire. Imò nec ideo hæc tam diffusè recensuit, vt nos à labore, sed vt à sollicitudine absterreat, utque in solo Deo omnia queramus, cùmque ipso omnia incipia

cipiām  
V  
sc  
fit, vt e  
nu Dei  
est. sibi  
la auter  
quit) a  
quocun  
ctioner  
rēm, si  
de mul  
autem  
dit. Si  
pacem  
& bona  
gnāter  
filiis su  
dis, eti  
Filij au  
sunt ni  
runt, ve  
rena co  
ea, hoc  
nes im  
tempsi  
tio, ad  
minis  
dignan

cipiamus.

**V**idi afflictionem, &c. Reuertitur ad de-  
scribendam hominis vanitatem, qua-  
sit, vt etiam si sciat & videat omnia in ma-  
nu Dei esse, non tamen cessat curare, hoc  
est. sibi ipsi afflictionem comparare. Singu-  
la autem verba sunt Emphatica. Vidi (in-  
quit) afflictionem. Verissima sententia,  
quocunque enim te vertas, videbis affli-  
ctionem. Homo enim natus est ad labo- *Job 5*  
rem, sicut avis ad volatum. Et homo natus *Job 14*  
de muliere, repletur multis miseriis. Vnde  
autem hoc sit, subditur: Quam Deus de-  
dit. Sic enim dicit, Ego dominus faciens *Esa. 45*  
pacem & creans malum. In manu Dei sunt  
& bona & mala, suis dat bona & mala. Si-  
gnanter autem addit: Filiis hominum. Nam  
filiis suis dat bona, praesertim pacem cor-  
dis, etiam si aduersis non careant ab extra.  
Filiij autem hominum dicuntur, qui nihil  
sunt nisi caro & sanguis, nondum accepe-  
runt, vel habent spiritum Dei, nihil nisi ter-  
rena cogitant. Subdit, Ut distendantur in  
ea, hoc est, iusto suo iudicio eis afflic-  
tiones immittit. Quia enim populus iste con-  
tempnit aquas Siloe, quae vadunt cum silen-  
tio, adducet super eos dominus aquas flu-  
minis fortes & multas: hoc est, Quia de-  
dignantur esse contenti ea consolatione,  
quam


quā dominus dat, sed suis studiis alta quaerunt: iuste permittit Deus, ut vbique inueniant afflictionem, & ab æternis huius vitæ transeant ad aternas miseras.

**C**uncta fecit bona in tempore suo. Quod  
vbique nihil nisi afflictiones inuenimus, nedum in creaturis, sed etiam in omnibus laboribus nostris, non Deus in culpa est, ipse enim paratus esset semper bene  
*Eze. 18* facere. Iuxta illud: Non est voluntatis meæ mors impij, &c. Sed nec ipsæ res in culpa  
*Gene. 1* sunt. Vedit enim Deus cuncta quæ fecit, & erant valde bona. Præterea cunctis etiam rebus atque negotiis vniuersis, idoneum suum tempus atque opportunitas scite destinata est. Nos igitur in culpa sumus primò, quod horam & tempus non expectamus à Deo, sed nostra cura præuenire volumus. Sic risus bonus est suo tempore, hoc est, cum Deus offert. Matrimonium bonum est, sed suo tempore, hoc est, cum Deus copulat. Nos autem tempus hoc non expectamus, sed nostra cura præuenire volumus, idque inconsulto Deo, ideo in omnibus rebus inuenimus afflictionem. Secundò, ideo afflictionem in omnibus rebus & negotiis inuenimus, quia eam nobiscum in corde apportamus. Vbi enim peccatum est, ibi & maledictio & infernus, & omne malum est. Qui

est. Qui igitur maledictionem secum portat, quid mirum, quod ubique afflictionem inuenit? Huc pertinet quod in Iob dicitur: *Iob 5*  
 Non egreditur calamitas e terra. Vel ut nos  
 stra translatio habet: De humo non egredi-  
 tur dolor. Nemo enim lreditur nisi a se-  
 ipso. Discamus igitur nobis imputare af-  
 flictiones, non Deo vel ipsis rebus aut ne-  
 gotiis. Cuncta enim quae fecit, bona sunt *Genes. 1*  
 in tempore suo.

**M**undum tradidit disputationi eorum.  
 Sic habet textus noiter. Secundum  
 hoc igitur sensus est, Cuncta quidem fecit  
 Deus bona, sed homo seipsum peiorē redi-  
 didit: adeò, ut quantumcunque se quæstio-  
 nibus & disputationibus affligat, nunquam  
 tamen inueniat opus Dei, hoc est, veram  
 creaturarum rationem, & verum earum  
 usum. Hieronymus ita transtulit. Mundum  
 dedit in corda eorum. Est autem He-  
 braismus, In cor dare vel loqui, pro dulci-  
 ter & blandè dare vel loqui. Mundū igitur  
 Deus dedit, nedum in manum hominum,  
 ut possint præsentibus vti: verū etiam  
 in corda eorum, ut possint iucundè & cum  
 voluptate vti. Non enim mundum creauit  
 ad afflictionem nostram, sed sicut Adamo  
 primum dedit paradisum ad solatium: sic  
 totum mundum ad solatium nobis dedit.

Sic



*Act. 14* Sic Paulus: Et quidem non sine testimo-  
nio seipsum reliquit , benefaciens è cæ-  
lo,&c.implens cibo & lætitia corda eorum.  
Verum hac voluptate homo seipsum pri-  
uat. Primò inutilibus curis. Secundò pec-  
catis , quibus se indignum facit omnibus  
bonis.

**V**T non inueniat homo opus , quod operatus  
est Deus ab initio usque ad finem . Du-  
pliciter intelligitur. Primo, tametsi omnia  
bona sint , nihil tamen commodi inde re-  
fert homo carnis , quia omnem quam ex  
creaturis habere poterit in cunctatem suis  
consiliis turbat. Secundò sic, homo non  
potest scire , etiam si se diseruerit , quan-  
do velit Deus benefacere , quando incipe-  
re, quando cessare. Vult & cupit Deus be-  
nefacere , vult tamen ut ipsi confidamus.  
Vult enim dicere , Vniuersus mundus ve-  
ster est, tantum non præscribatis mihi tem-  
pus , & modum vrendi: Nolo vestris con-  
siliis mensurari , uno hoc excluso , Nedum  
omnes creaturas , sed etiam meipsum vo-  
bis dedo. Vides quām miseri simus qui nes-  
tanto bono priuamus : Contra , felicissimi  
futuri , si omnia Deo committeremus. Di-  
cendum igitur est , domine tuum est dare  
futura. interim ego fruar praesenti & abste  
donata vita.

Et co

E  
ta  
bomo ,  
labore ,  
tentia  
Non a  
dio m  
bibam  
enim  
sed &  
pheta  
hil el  
tiis , q  
tu , fru  
anim  
rorum  
ligere  
lætari  
ne , ho  
chrè a  
Dei .  
sed p  
dicit :  
dit , n  
fide a  
& om  
tiam ,  
que cu  
poter

**E**cognoui quid non esset melius quam letari, & facere bene in vita sua. Omnis enim homo, qui comedit & bibit, & videt bonum de labore suo, hoc donum Dei est. Eadem est sententia; quam & superiori capite posuit. Non autem loquitur hic de insano illo gaudio mundi, quo dicunt: Manducemus & Esa. 22  
 bibamus, cras enim moriemur. Illud enim nedum indecorum Christiano est, sed & damnosum, sicut ibidem dicit Prophet, &c. Hoc autem vult Salomon, nihil esse melius in tam calamitosis negotiis, quam contentum esse victu & vestitu, frui presentibus, ac lateo iucundoque animo esse, sine solicitudine & cura futurorum. Possumus etiam moraliter intelligere quod dicit, Optimam vitam esse, latari scilicet in conscientia, & facere bene, hoc est, bonis operibus incumbere. Pulchre autem in fine addit: Hoc esse donum Dei. Apud Deum igitur querendum est, sed per Christum. Hoc modo Christus dicit: Ego sum panis vitae, qui in me credit, non esurier. Quod si Christum vera fide attripis in suo verbo, iam & ipsum, & omnia eius bona habes, nempe iustitiam, vitam, &c. Deum ipsum. Cum itaque cum Deo pacem habeas per Christum, poteris vere latari ab extra, nedum in 1. Tim. 6  
Ioan. 6  
cibis,

cibis, &c. sed & in laboribus quibuscumque. Sic igitur Deus per Christum donat primo internam, deinde & externam quietem.

**D**idici quod omnia opera quae fecit Deus, perseverant in perpetuum. Satis superque de vanitate humanorum operum locutas est: Nunc de operibus Dei, eorumque conditionibus & causis differit. Multum enim referunt scire, quanta sit differentia inter Dei & nostra opera. Emphasim autem habet, quod ait: Didici, quali diceret, Non statim haec quisquis videt, sed magna opus est consideratione, attentum requirit hominem. Tripliciter autem hunc locum intelligere possumus. Primo enim perseverant creaturæ aliquæ eodem numero, ut corpora celestia elementaque: Aliqua eadem specie, ut homines, animalia, plantæ. Deinde nedum ipsæ res permanent, sed & ipsa Dei ordinatio in ipsis rebus, permanet successio temporum, permanent operationes creaturarum: hic nihil addere vel demere possumus, nec à quoquam consilium suum impediri patitur Deus, nihil contra hoc valet vel ratio vel fortitudo nostra. Præterea etiam sola ea stabilita sunt & prosperè succedunt, quæ Deus dat, vel quæ in Deo & cum Deo inci

incip  
gem  
dit, n  
vbi  
tum  
omn  
**Q**  
fecit  
bæa  
ram  
hunc  
lo in  
agni  
fit i  
per l  
conde  
ne q  
opus  
suum  
hil p  
adec  
statu  
omni  
dem  
poss  
tur,  
dem  
vt ti

incipimus. Si ille dat incrementum, coniugem, vitam, lætitiam, &c. pulchrè procedit, nec quisquam impedire potest. Contra, ubi ille non operatur, nihil agimus, quantumcunque conemur. A solo igitur Deo omnia expectanda sunt.

**Q**uæ fecit Deus vt timeatur. Egregia senectetia & aureis literis scribēda. Ideo fecit creaturas, vt timeatur. Hinc Machabæa illa ad filium, Respice cælum & terram, &c. & fieri, vt non timeas carnificem hunc, sed Deum. Ideo ordinē suum à nullo impediri permittit, vt omnis mundus agnoscat, eum solum esse Dominum, cui sit imperium in cælo & terra. Sicut enim per legem omnes homines sub peccatum *Roma. 3.* concludit, nec quenquam sinit esse iustū, ne quis gloriari possit, se Dei auxilio non opus habere. Sic omnia operatur iuxta suum ordinem, consilium, sapientiam, nihil penitus hominis potestati relinquens: adeò, vt sicut homo non potest adiçere ad *Mæc. 6.* staturam suam cubitum vnum, sic omnes omnium hominum vires, ne tantillū quidem diuinis operibus addere vel demere possunt. Omnia in hunc finem, vt timeatur, & sit ipse omnia in omnibus. Ob eandem rem & victualia nobis admioistrat, vt timeatur. Hinc Moyses: Introducet te *Deuter. 8.*

- Dent. 11* dominus in terram bonam, &c. vt cùm saturatus fueris, benedicas Domino, &c. Ideo etiā multis nos indigere finit Deus, vt eum timeamus. In prosperis enim Dei obliuiscimur. Hinc filios Israël ex Aegypto in eam terram duxit, quæ eger pluia de celo, vt eo magis timerent dominum. Obeandem causam & Deus aliquos puniit, vt timeatur. Hinc Esaias: Cùm feceris iudicium in terra, iustitiam discent habitatores orbis, &c. Summa, Ideo sic affigit homines ista vana cogitatione, sibi seruans horam omnium rerum, ne simus temerarij in operibus nostris, nec quicquam superbe & præsumptuosè tentemus tāquam ex nobis. Hinc Paulus, Ambulantes in timore, vt scilicet sciamus neque volentis esse, neque currentis, &c. Ipse enim operatur in nobis velle & perficere, imò omnia in omnibus. Qui hoc credit, scilicet res non esse in manu nostra, is nihil temere agit, omnia tribuit operanti Deo, & ab illo expectat. Si ille dat, fruitur: Si non, boni consulit. Si aufert, patitur, quemadmodū de Iob legimus. Sic manet gloria Dei, & nostra humiliatio, & verus Dei cultus in nobis. Hoc enim est timere Deum, habere Deum præ oculis, scire illum omnium operum nostrorum inspectorem, &c.
- Esa. 26*
- Roma. 9*
- Philip. 2*
- Ephe. 1*
- Iob 1*
- Nihil  
mo ca  
Dauis  
suo, N  
ante c  
**Q**  
non e  
vult c  
est. C  
dum  
que n  
net in  
alia &  
ambu  
faciu  
glect  
deside  
intell  
sensu  
ra ips  
fa. sic  
consc  
**E**  
num  
nerat  
Et D  
patit
- Nihil

Nihil autem est, quod minus habeat homo carnalis, quam timorem Dei. Hinc Dauid: Dixit (inquit) insipiens in corde *Psal. 13* suo, Non est Deus, &c. Non est timor Dei ante oculos eorum.

**Q**uod factum est, ipsum permanet, et quæ futura sunt, iam fuerunt. Cor hominis non est contentum præsentibus, nec hoc vult quod modò est, sed quod futurum est. Quando verò habet futurum, nec dum contentum est, sed alia querit, sive que nunquam expletur. Deus autem manet in opere suo, non sic ruit & volat in alia & alia desideria futurorum. Et qui ambulant secundum Deum, sic quoque faciunt, non distenduntur in futura negligitis præsentibus: Non fluctuant varijs desiderijs, sed contenti sunt. Posset & hoc intelligi de ipsa successione rerum, ut sit sensus. Et præterita, & præsentia, & futura ipsa & sunt, & fuerunt, & erunt uniuersa. sic sol fuit, est, erit post nos, &c. Huic consonat quod subditur:

**E**t Deus instaurat quod abiit. Intelligitur de his quæ non manent eadem numero, sed specie per successionem generationis. Hieronymus sic transtulit, Et Deus queret eum, qui persecutionem patitur. Verissima sententia. Nam Deus

requirit sanguinem interficti. Alij sic trāf-  
ferunt. Quia Deus querit ea, etiam si impe-  
diantur. Nostra studia sunt, habita fastidi-  
re, & habenda spectare: Deus autem quæ-  
rit & prosequitur opus suum, etiam si ho-  
mo impedire conetur. Exemplū de regno  
Dauidis, quod Saul impedire conabatur.

**V**idi sub sole in loco iudicij impietatem, &  
in loco iustitiae iniquitatem. Impietas re-  
fertur ad ea, quæ contra Deum fiunt: Iniu-  
stitia autem de his, quæ contra proximum.  
Locus iudicij & iustitiae, sunt & debent es-  
se curiæ Principum, Prætoria & Cancel-  
**Mich. 3.** lariæ. Iuxta illud: Audite Principes, Nón-  
**Sap. 1.** ne vestrum est scire iudicium? &c. Item,  
Diligite iustitiam qui iudicatis terram.  
Conqueritur autem Salomon, cùm Deus  
nihil non agat ut timeatur, se tamen inue-  
nisse impietatem & iniustitiam, nendum in  
prophanis negotiis, sed etiam in loco iu-  
**Hiere. 5.** dicij, &c. Quemadmodum & Hieremias  
conqueritur, &c. Nusquam magis impiè  
viuitur, quam in curiis Principum: nec ul-  
quam maior iniustitia videtur, quam in  
iudicijs. Quò enim res maior est, & magis  
necessaria, eo magis eam corrumpere ni-  
titur diabolus. Et cùm sit ipse princeps  
mundi, maximè principes corrumpere ni-  
titur. His enim superatis, nihil non malo-  
rum

rum inuehit: Ut vel hic videant potentes,  
quantum egeant auxilio Dei. Signanter  
autem dicit: Sub sole, vt ostendat iudicio  
Dei nullam posse incidere iniustitiam.  
Nec tam queritur Salomon, quod impie-  
tas sit in loco iudicij, quam quod non pos-  
sit corrigi. Submoto enim uno iniusto iu-  
dice, subnascuntur alij. Coguntur etiam  
iustissimi principes, nonnunquam perpe-  
ti impios in administratione publica. Cor-  
rigenda igitur sunt quae possumus, reli-  
qua Deo committamus.

**E**t dixi in corde meo, Iustum & impium  
iudicabit Deus, & tempus omnis rei tunc  
erit. Ratio humana plurimum offenditur  
ex eo, quod Deus tot mala dissimulat. Pu-  
tat enim aut non esse Deum, aut eum non  
curare mortalia. Fides autem in verbum Mat. 25  
Dei directa, videt iudicium futurū, quan-  
tumcunque Deus nunc dissimulet. Quē-  
admodum enim Imperator interdum to-  
lerat deordinationes aliquas, vsque in  
diem aliquam præfinitā, quā conatur me-  
deri malis: nec patitur, vt quisquam ante  
præstitutam diem quicquam conetur, vt  
gloria soli ipsi maneat, declaretque penes  
se esse dominium. Sic Deus certam diem  
præfiniuit, quo omnia suo loco & ordini  
est restituturus, extremāq; tam de iustis,

Psal. 72

I. Petri 4

Lucas 23

quām iniustis, latus sententiam. Interim  
 finit rerum ordinem per impios labefacta-  
 ri, nec cuiquam dat eam potentiam, vt om-  
 nia reformare possit, vt ipsi soli gloria  
 maneat. Quem igitur offendit malorum  
 iniustitia, is coniiciat oculos in futurum  
 iudicium. Sic Dauid: Mei autem penē mo-  
 ti sunt pedes: quia zelaui super iniquos pa-  
 cem peccatorum videns. Donec intrarem  
 in sanctuarium Dei, & intelligerem vel cō-  
 siderarem nouissima eorum. Nec quis-  
 quam ob id putet se impunem fore, quod  
 modò nos punitur, reseruatur enim futu-  
 ro iudicio. Nec quisquam ob id tristetur,  
 si non omnia iniusta tollere potest. Plura  
 enim reseruantur divino iudicio, ideo sub-  
 dit: Est enim cuique suum tempus, &c. Con-  
 gruè autem dicit: & iustum & impium iu-  
 dicabit Deus, vt declareret iudicium illud  
 non futurum esse secundūm acceptiōnēm  
 personarum: tum vt horrorem incutiat  
 maiorem. Si enim etiam iustus vix salua-  
 bitur, impius ubi manebit? Si in viridi li-  
 gno hæc futura sunt, quid fiet in arido?

**D**ixi in corde meo de sitiōs hominum, &c.  
 Hic locus est paulò obscurior, non tā  
 sua culpa quām interpretum, qui se hic val-  
 de torserunt. Nec mirum. Nisi enim recte  
 intelligatur, impia quædam dogmata in-  
 de su

de sumi possent: ut quod homo moriatur  
corpore & anima simul. Item, quod non  
sit alia vita futura, &c. Hęc autem omni-  
no dissidēt cum doctrina Christiana, imo  
Epicurum sapiunt. Aliqui igitur volunt  
Salomonem hoc loco non in sua, sed im-  
piorum persona loqui, hisque verbis vo-  
luisse ostendere, quam stulta & impia se-  
cum cogitet impius. Et quidem non infre-  
quens est aliqua in sacris literis ex persona  
impiorum dici, ut est illud: Manducemus  
& bibamus, cras enim moriemur. Item il-  
lad: Quis est omnipotens, ut seruiamus ei? *Esaie 22*  
Aut quid prodest si orauerimus eum, &c. *Iob 21*  
Item illud, Venite fruamur bonis, &c. *Sapien. 2*  
Item illud Pauli: Faciamus mala, ut eue-  
niant bona, &c. Quæ omnia ob id tantum  
scribuntur, ut sciamus, quid impij cogi-  
tent. Sic vere impiorum cogitationes sunt,  
Eundem esse interitum hominis & iumenti.  
Item, Quis nouit si spiritus, &c. Nec  
mirum, quod impius hęc cogiteret, cum  
etiam in corde suo dicat non esse Deum. *Psal. 13*  
Secundum hanc expositionem facilis est  
intellectus huius loci. Alij moraliter hunc  
locum exponunt, ut conueniat ei quod in  
Psalmo dicitur: Homo cum in honore  
esset, &c. comparatus est iumentis, &c.  
Hinc est, quod plerique hominum non

aliter ac bestiae vivunt & moriuntur, non  
magis curantes futuram vitam quam be-  
stiæ quo sit, ut æquè arceantur ab æternis  
bonis ut bestiæ. Aliis autem videtur sen-  
sus simpliciter accipiēdus. Dixerat supra,  
omnia humana consilia esse vana. Subiun-  
xerat, quod illi qui debebant reliquis esse  
regula & mensura, quoque vani sint. Iam  
igitur à præcedentibus specialibus, ad ge-  
neralia descēdit, quasi diceret: Quid de sin-  
gulis dicam, cum omnes simus ut bestiæ.  
Nihil discrepamus à bestiis, quæ & ipsæ  
quoque nihil meminerūt Dei. Emphasim  
autem habet, quod dicit: De filiis homi-  
num. Hoc enim verbo indicat, se tantum  
loqui de his, qui nihil nisi homines, hoc est  
caro & sanguis sunt, spirituq; Dei carent.  
Impium autem esset dicere, pios homines  
nihil amplius habere, quam bestiæ habent,  
nescireq; quo perueniant animæ eorum.

**V**T probaret eos Deus, &c. Probat Deus  
homines, an tantum spectent hæc ex-  
terna. Probat autem nō ut ipse aliquid co-  
gnoscat quod nesciunt, sed ut nos agnosca-  
mus nosipso.

**E**T ostenderet similes esse bestijs. Hoc uno  
verbo deiicit omnem nostram super-  
biā & confidentiam, qua supra modum  
nos præferimus bestiis, cum tamen eisdem  
miseriis

miseriis subditi simus, & nonnunquam peiores bestiis. Deinde hoc verbo reicit, quicquid Philosophi de hominis dignitate & præcellentia super alias creatureas scripserunt. Quantumcunque enim quis te laudibus extollat, bestiisque præferat: tamen si nihil nisi homo es, parum præstas iumentis. Hoc probat Salomon pluribus exemplis.

**V**NUS (inquit) utriusque est euentus. Sic enim Hieronymus habet. Sicut enim iumenta indigent cibo, potu, somno, fatigantur, infirmantur, patiuntur æstus & frigora, sic & homo.

**S**icut moritur homo, sic illa moriuntur, iumenta scilicet. Iumenta quantumuis magna vel utilia sint, tamen moriuntur, deinde etiam nesciunt horam mortis, sentiunt dolorē mortis, horrent eam, nesciunt quid post mortem futurum sit, in omnibus his homo carnalis eis similis est.

**S**imiliter spirant omnia. Eodem aëre vivunt quæcunque bestiæ, quo & homo.

**N**ihil habet homo amplius iumento. Iterū de homine qui spiritu Dei caret, intellege. Videtur homo magna quædam habere præ bestiis, ut sunt ratio & loqua, quæ magna quidem sunt, sed nullam utilitatem homini impio afferunt. Quidenim

profuit Ciceroni eloquentia? Aristotelii sapientia? Econtra habent & iumenta, quod non habet homo, ut quod ex ipsa nativitate secum ferunt tegumenta sua. Vnum est quod etiam impius amplius habet bestiis. nempe, quod anima hominis immortalis est. Verum hoc spiritu Dei carentes nesciunt, unde nihil certi de anima potuerunt etiam summi Philosophi dicere. Deinde tametsi homo ea parte praestet iumentis, quod immortalis habet animam, tamen eo miserabiliores sunt impij, quorum animae quidem permanent, sed in perpetua damnatione.

v **C**vncta subiacent vanitati. Non minus homo quam bestiae.

vi **O**mnia pergunt ad unum locum. Non loquitur de anima, sed de corpore, id quod sequentia probant. De terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur.

vii **Q**uis scit, si spiritus filiorum Adam ascendet sursum, et si spiritus iumentorum descendat deorsum? Da mihi vnum, non priorem hominum, sed qui sunt sub sole seu mundo, qui possit certe indicare an spiritus hominis ascendat post mortem, &c. Imo, qui ratione sua inuenire possit certe, quod anima post hanc vitam vivat. In rebus igitur diuinis aequè ignorantes & cæsi sumus nos nobis ipsis, ut bestiae. Sic moralis

raliter nemo scit , si spiritus illorum , qui  
 nunc bene & rationabiliter ut homines  
 viuunt , finaliter in bono perseveraturus sit ,  
 sicque cælum ascensurus . Itemque , si is Iohel.<sup>3</sup>  
 qui nunc ut iumentum putrescit in sterco-  
 re suo , in peccato moriturus sit , sicque ad  
 infernum descensurus . Sæpe enim vidi-  
 mus & legimus contrarium contigisse ,  
 &c. Vides igitur quidam nihil præstet homo  
 impius iumentis , vides quād non possi-  
 mus confidere in ratione nostra . Vis igi-  
 tur plus aliquid habere , & omnino dissi-  
 milis esse bestiis : cura ut nedum homo sis ,  
 sed & Christianus . Deinde vis aliquid cer-  
 ti cognoscere de anima tua , ipsiusque im-  
 mortalitate , itemque quo peruentura sit ?  
 noli rationem tuam consulere ( hæc enim  
 nihil horum indicare potest ) sed verbum  
 Dei . Illic videbis , Primo , quod animam post  
 mortem corporis viuit adhuc . Hinc post Gene.4  
 mortē ipsius Abel , sanguis eius adhuc clá-  
 mat ad Deū . Si sanguis adhuc viuebat , quā  
 to magis anima ? Huc pertinet , quod Deus  
 ad Moysem dixit : Ego sum Deus Abrahā ,  
 &cxt. Non autem est Deus mortuorum ,  
 sed viuentium . Secundo videbis in verbo  
 Dei , quod nedum anima immortalis est ,  
 sed & corpus quoque suo tempore resur-  
 get . Veniet enim hora , quando omnes  
 qui

Gene.4

Exod.3

Mat.22

Iohann.6

qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, &c. Tertio videbis in verbo Dei animā pīj ad cælos descendere post mortem. Sic enim dicit Paulus. Scimus, quoniam si terrestris domus hæc dissoluitur, quod ædificationem habemus in cælo, domum non manufactam. Et Christus: Volo pater ut ubi ego sum, illic sint & mecum quos dedisti mihi, &c.

Ioan. 17

**E**t deprehendi nihil esse melius, quam letari hominem in opere suo, & hanc esse partem illius. Eadem est sententia, quam & supra semel atque iterum posuit. Moraliter, Nihil melius est quam se occupare in pijs operibus, quæ verè humana opera sunt. Alia enim magis animalia & bestialia sunt.

**Q**uis enim eū adducet, ut post se futura cognoscat? Non possumus cum hæc vita noem acceperit laborare, imo etiam nunc nescimus, quam diu laborare poterimus, vel quid futurum sit: tanto igitur ardentius pietati studeamus. Vel aliter, Vt rebus, quas Deus dedit, cum gratiarum actione, nescis enim cui ea serues, &c. Vel aliter, Noli te discruciare de futuris, tu cura, ut iam hic lætam habeas conscientiam. Futura suo tempore venient, tu cura præsentia. Non tibi deerit, quod Christus promisit, si pīe hic viuas. Quod si plura de futuris

turis scire volueris, quām quæ verbum Dei indicat, frustra laborabis. Contentus igitur sis eo, quod Deus reuelauit: interim cūta, ut piē viuas.

## CAPVT IIII.

**H**Ae tenus percensuit inania consilia humani cordis impediente Deo, scilicet quod tantum quæ Deus constituit & facit, pertingunt suum finem, nec possunt impediri: Nunc pergit enumerare impedimenta humanorum consiliorum, hoc est media & causas, quibus solet nos Deus revocare à nostris studiis & cogere, ut præsentibus utamur. Videbis autem ex hoc capite, quod ea quæ Poëta fabulantur de Hydra multorum capitum, vere contingant in mundo. Nam sublato uno aliquo incommodo, plura succedunt. Omnia sic ordinante Deo, ut præsens nobis vita vilescat, à quo ipso solo auxilium expectamus.

**V**ERTI me ad alia. Sapientis est non in unum locum tantum respicere, sed oportet singula diligenter considerare, & quæ ante & post, quæ supra vel infra, & iuxta nos sunt.

**V**ide calumnias sub sole, & lachrymas innuentium. Primo loco calumniam ponit

ponit. Est enim malum admodum fre-  
quens: quocunque enim te vertas, quascun-  
que legeris historias, videbis eos qui plus  
possunt, calumniam & iniuriam facere in-  
firmioribus. Exemplo sint Abel, Jacob Io-  
seph, Israëlitæ, in Aegypto, David sub Sau-  
le: qui omnes calumniam à fortioribus per-  
pessi sunt. Nec mirum, quòd malum hoc

**Ioan. 8** frequeas est in mundo, cum ipsius mundi  
princeps diabolus ab initio fuerit homi-  
cida & mendax. Quid igitur boni sub ip-  
sius regno sperare potes? Sed nec id mi-  
rum est pios plerunq; calumniam sustinere  
in hoc mundo. Non enim sunt in vera pa-  
tria sua nec in regno Dei, sed in regno dia-  
boli, nec inter suos cōcives angelos, sed in-  
ter peccatores. Emphasis autē habet quod  
ait: Et lachrymas innocētium. Quid enim  
ipsis oppressis relictum est, nisi lachrymæ,  
gemitus, suspiria ad Deum cui soli reli-

**Psal. 9** ctus est pauper & orphanus? Sic clamaue-  
runt Israëlitæ in Aegypto, Et David in sua  
persecutione, Daniel in Babylone, &cæt.  
Summè autem terrere posset impium, si  
cogitaret oppressos à se, indefinenter in  
cælum clamare, fierique non posse, quin

**Luc. 18** Deus tandem exaudiat gemitus misero-  
rum, ad se clamantium die ac nocte. Imò,  
qui fieri posset, ut quis non timeret diu-  
tius

tius permanere in mundo, si attenderet tot  
vbique terrarum miseros in cælum cla-  
mare pro vindicta contra mundum. Sic e-  
nim clamant etiam animæ interfectorum:  
Vindica Domine, &c. Recedite igitur à ta- Apoc. 6  
bernaculis impiorum, ne simul inuoluami Num. 16  
ni peccatis eorum.

**E**T neminem consolatorem. Plurimum  
in hoc offenditur caro, aut enim putat  
nullum esse Deum, vel eum non videre  
aut curare mortalia, vel denique eum mi-  
nus veracem, ut qui promiserit auxilium  
inuocantibus se, quod tamen non præ-  
stet. Hic igitur opus habemus oculis fi-  
dei in verbum Dei, ne offendamur. Pri-  
mò igitur certissimè tibi persuadeas, ne-  
dum Deum esse, sed eum etiam omnia vi-  
dere quæ sunt sub sole. Non enim Deus Hier. 23  
è vicino tantum est, nec occultari potest  
quis, ut non eum videat. Secundò menti  
tuæ insidieat illud, quod supra dictum est:  
Omnia tempus suum habent. Item,  
Tempus occidendi, & tempus sanandi.  
Non vult Deus ut ipsi præscribamus tem-  
pus: ipse enim certissimè suo tempore ade-  
rit. Tertiò nedum quid piis externe acci-  
dat, sed & quid internè possideant, con-  
siderandum est. Hinc enim constabit,  
eos, quos caro iudicat omniconsoleatione  
destit

destitutos , omnium maximè consolari. Habent enim consolatorem in corde, quo præsente facile ferunt extera, Imò gloriātur in eis. Quartò attende, quā ob causam Deus externa mala piis accumulet , & nihil offendet te quod hic dicitur. Primo enim eos probat, num verè in se confidant, num perseverare velint, &c. Secundò, ideo immittit aduersa, ut eos in humilitate & timore & deuotione contineat. Tertiò, ut eis vilescat præsens vita, coganturque suspirare ad futuram. Quartò ut admoneantur futuri iudicij. Si enim primum à piis iudicium incipit, quid futurum est his qui non obediunt Euangelio?

**1. Pet. 4**

**N**ec posse resistere eorum violentiae, cunctorum auxilio destitutos. Hieronymus sic transtulit: Et in manibus calumniantium fortitudo. Aliud offendiculum, quod **Mat. 5** cum pijs non possint resistere: imò prohibentur resistere & seipso vindicare: nec **Abac. 1** tamen Deus vindicet, imò beneficiat oppressoribus pauperum. Hinc etiam sancti **Psal. 73** clamant: Vlque quo clamabo, vim patiens, &c. Et David: Vsque quo impropositum inimicus, &c. Et Job plurimum conqueritur de impietate Tyrannorum. Ne igitur etiam hic offendaris, attende quid Deus consilij habeat in huiusmodi. Nempe il

pe ill  
ui te,  
Ideo  
pore  
rao, s  
pecta  
debis  
effug  
futuru  
modi  
ætern  
hilte  
oppri  
**E**  
Dei ce  
tur, in  
sibi ip  
mala e  
sen- en  
nihil q  
se cum  
mortu  
iam de  
securi  
autem  
**E**  
elt, qu

pe illud: Ideo (inquit ad impium) excita-  
ui te, ut ostendam in te fortitudinem meā.  
Exod. 9  
Ideo prosperari sūnit impios, ut suo tem-  
pore altius eos deiiciat. Exempla sīnt Pha-  
rao, Sennacherib, Nabuchodonosor. Ex-  
pecta igitur paululum, & non amplius vi-  
debis impium. Quod si etiam hic pœnam  
effugerit, tamen maiora eum supplicia in  
futuro manent. Quale igitur lucrum, ad  
modicū tempus hic prosperari & post  
æternaliter puniri? Hac si cogitaueris, ni-  
hil te offendet prosperitas eorum, qui alios  
opprimunt & calumniantur, &c.

**E**t *landau* magis mortuos, quam viventes.  
Carnalium hæc sententia est, qui  
Dei consilium ignorantes, tædio afficiun-  
tur, in impatientiam cadunt, nonnunquam  
sibiipsis manus iniiciunt, ut vel ipsa morte  
mala evadant. Potest etiam esse piorum  
senentia, quibus omnino vilescit hæc vita,  
nihilque aliud cupiunt quam dissolui & es. *Philip.* r  
se cum Christo. Denique meliores iudicant  
mortuos, quam viventes. Illi enim peccare  
iam desierunt, & securi sunt: nos necdum  
securi sumus, possumus enim cadere. Quod  
autem addit:

**E**t feliciorem veroque iudicavi eum, qui nec  
dum natus est. Non sic intelligendum  
est, quasi is, qui nondum natus est iam sic

antequam nascatur, hoc est, quod animæ nostræ antequam ad corpora descendant versetur apud superos, ut quidam dixerūt, & ob id feliciores sint, quod necdum corpore prægrauatæ sunt, hoc enim erroneous esset. Sed sic intelligatur, quemadmodum

*Mat. 26.* illud Euangelicum: Melius erat illi, si natus non fuisset homo ille.

**R**ursum contemplatus sum omnes labores hominum, & industrias animadseri patere inuidie proximi. Et in hoc igitur vanitas & cura superflua est. Quod Poëtæ fabulantur de Hydra multorum capitum, quorū uno exciso exurgebant plura, hoc verè videmus in miseriis huius mūdi. Primo enim monstrum simile est, quod homo ad beatitudinem conditus, tantis miseriis est subiectus. Deinde miseriae huius vitæ congrue venenosoi illi serpenti comparantur, quia ex veneno peccati ortum habent. Præterea cum multi conati sint, omnésque id conemur, ut mala à nobis propellamus, nihil tamen agimus. Semper enim alia repellunt, & non nunquam plura pro uno. Sic igitur Salomon nunc aliud genus calamitatis, & impedimenti studiorum humanaorum ponit. Utitur quidem Deus pluribus mediis, ut conatus nostros impedit, voluntatēmque propriam frangat,

gat, quo ipsi soli nos permittamus, verum nemo est, qui haec agnoscat. Et cum quotidie oremus: Fiat voluntas tua, tamen Deo incipiente hoc facere, indignamur, sicut crucem & mala ferre cogimur, sine tamen aliquo fructu. Si non possumus omnia mala vitare, hoc saltem agamus, ut utilitatem inde acquiramus. Sed ad textum, sicut apud potentes regnat calumniæ & oppressiones, ita in vulgo nihil sunt nisi inuidia, æmulationes, odia. Magnum quiddam videtur in mundo si quis sua industria alios antecellat, sibique vel diuitias vel scientiam sua industria paret. Verum magnam miseriam secum trahit ista industria, nempe inuidiam: Adeò, ut vel inde natum sit proverbiū: Inuidet figulus figulo. Testantur hoc omnes historiæ, testatur ipsa experientia. Nec solum eos qui industrij sunt in rebus externis, sequitur inuidia, sed etiam eos, qui in pīs operibus alios praezellunt. Sic Abelo inuidit Cain, Iosepho fratres, Davidi Saul, ipsi Loth, Sodomitæ, Danieli satrapæ Persarum, Christo Iudei, &c. An non miseria, quod Dei dona nedum non commendant nos hominibus, sed insuper ingidiam excitant? An non miseria, quod nedum peccata

nostra non deflemus, sed insuper melioribus inuidemus? An non insanis, quod cum multis malis alijs grauatis sumus, ipsis tamen nobis molestias excitemus ex aliorum bonis. Quid igitur agendum? Num fugiendum? Nequaquam, nihil enim efficies fuga. Quocunque fugeris idem mundi ingenium inuenies, immo etiam si in solitudinem fugeris tamen mundus te sequitur, insuper & eum te cum portas. Sed nec ob inuidentiam aliorum cessandum est a bono, immo pro viribus laborandum, ac Deo committendum. Sic Loth, Joseph, David, Daniel, &c. non ob id a bono cessabant, etiam si viderent alios ob id sibi offensos. Immò nullum laude dignius vindictae genus esse potest, quam hostem beneficiis opprimere. Hinc enim sit, ut eius inuidia in seipsum vertatur. At que hic unde est modus, quo se vindicare debet & potest Christianus de diabolo, ut eò fortius pietati insistat, quod fortius ille insidiatur. Qui igitur vult quiete vivere, hoc primum per suadeat sibi, se nihil aliud visurum in mundo (cuius maiorem partem adhuc occupat diabolus) quam vanitatem, & non dolebit si quid mali acciderit: gauderet vero de bonis quae aderunt.

**S**tultus complicat manus suas, & comedit carnes suas. Preoccupat quod quis infe-

inferre posset. Cessabo igitur, si nihil  
 aliud quam inimiciias consequi possum.  
 Respondeat. Non est hoc sapientis, sed stulti,  
 à bono opere cessare propter æmulos.  
 Non enim sancti cessarunt ob id, &c. De-  
 inde, etiam si tuo ocio inuidiam effugias,  
 tamen alia mala incurris, vt pote velege-  
 statem vel contemptum, vt scilicet ab aliis  
 contemnaris: quod nō minus cruciat quam  
 inuidia. Vel aliter potest intelligi, vt sit  
 consolatio eorum, qui inuidiam sustinent,  
 quasi diceret: Noli ob alterius inuidentia  
 reipsum macerare, plus enim sibi nocet  
 quam tibi, comedit enim carnes suas. Ve-  
 rissima sententia. Nullum enim inclemen-  
 tius urget inuidia, quam proprium Domi-  
 num. Est enim velut rubigo & tinea, quæ  
 ipsas res, in quibus exoriuntur, consumunt.  
 Hinc Sapiens: Putredo ossium inuidia. Po- Pro.14  
 test etiam intelligi, vt sit admonitio, ne  
 inuidiam, tantum scilicet malum, in cor-  
 de alamus. Nihil enim est quod Christianis-  
 mo magis sit contrariū, nihil quod plus  
 affligat animum, nihil denique quod ma-  
 gis prouocet diuinum iudicium, quam in-  
 uidia. Si enim ad damnationem iudican. Mat.25  
 di sunt, qui charitatem non ostenderunt,  
 quanto magis, qui eā læserūt ut inuidi? Po-  
 test & spiritualiter hoc verbum intelligi,

quod scilicet verè stultus sit, qui nunc tempore gratiæ complicat manus, hoc est, non querit salutem: interim tamen comedit carnes suas, hoc est, inquietum habet cōsciētiām quæ semper mordet, & eò fortius mordebit, quod clarius peccatum manifestabitur, in morte videlicet & iudicio. Vis hoc conscientiæ tormenta euadere? extende nunc manus tuas, operare quæ salutis sunt.

**M**elior est pugillus cum requie, quam plena ruraque manus cum labore & afflitione animi. Hoc potest intelligi à stulto imitatiuè, ut sit hominis stulti sapiens consilium, qui optima sententia abutatur pro sua ignauia, quasi dicat: Quid ego sic labore, ut ille industrius suis laboribus se defatigans, tantum accipio, quantum aliis, vel alias satis habeo, &c. Potest & hoc verbum assertiuè intelligi, ut sit consilium Sa-

**Psalms. 36** lomonis, quemadmodum & illud: Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Item illud: Melior est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena

**Proverbs. 17** cum iurgio. Mundus hoc sibi persuadet, in copia & multitudine satietatem esse, sub modico autem penuriam, sed fallitur. Fit enim ut quis nonnunquam in maxima copia, tamen non quietus sit: Alius autem cum modico & sub modico satietatem inueniat.

niat. Deus omnium bonorum thesaurus est. Quisquis igitur Deum in Tua quantumvis tenui substantiola inuenierit, is bonis omnibus accumulatum thesaurum inuenit. Qui igitur satietatem querit & sua bona quiete possidere, curet ut dominum acquirat: Huic melior erit pugillus cum requie, &c. Nulla enim creatura satiare potest animam, sed solus Deus. Potest etiam dictum hoc spiritualiter intelligi de stultitia hominis. Deus enim praestare vult, ut ambae manus plenae sint, hoc est, ut corpus & anima bene habeat, sitque homo hic & in futuro beatus: verum ipse praesoptat unum pugillum, hoc est, felicitatem praesentem corporis, animaque & futura negligit, ne cogatur laborare, cum tamen plus labore cogatur in mundo, quam in Dei seruitio. Noli preferre temporalem quietem spirituali labori, qui duplicem frumentum reportat.

**C**onsiderans reperi & aliam vanitatem. Quemadmodum in magistratibus inuenit calumniam, in artificibus inuidiam, sic in omnibus generaliter inuenit auaritiam. Civiliter autem nominat auaritiam, vanitatem: cum potuisset eam non minare insaniam meram, imo iuxta scripturam, radicem omnium malorum, & Ephes. 1. Tim. &

idolorum cultum. Signanter autem dicit:  
Sub sole. Nam impiis, qui sunt supra so-  
lem, & non de hoc mundo, nihil minus in-

**Philip. 4** uenit. Sciunt enim abūdare & penuriam

**Psal. 51** pati. Etsi diuitiae affluant, non apponunt

**Job 1** cor: Si amittantur, dicunt: dominus de-  
dit, dominus abstulit: sicut domino placuit,

**Ph. 1. 2** ita factum est, &c. In mundo autem nihil

**Hier. 6** tam frequens ut auaritia. Omnes enim quæ  
sua sunt quærunt & auaritiae student, &c.  
quāuis in uno plus appareat quam in alio.  
Sunt enī qui auaritiam palliare sciunt,  
ut quibus est vxor & familia. Alij autem,  
qui nihil horum habent, manifestè pro-  
dunt auaritiam.

**V**NUS est & secundum non habet. Gra-  
phicè suis coloribus depingit auarum,  
simulque ostendit auaritiae mala. Iuxta li-  
teram plerunque videmus auarissimos es-  
se, qui soli sunt, &c. Reuera autem omnis  
auarus unus & solus est, seipsum enim tan-  
tum querit, pro se curat, ad se trahit, ni-  
hil curans de aliis. Nec fratrem habet, nec  
amicum, hoc est, quantumcunque constet.

**Dest. 15** quod omnes fratres simus, quantumcun-  
que Deus præcipiat, ut fratribus miseream-  
ur: tamen ipse nullius necessitate moue-  
tur, neminem agnoscit fratrem. Præterea

**Luc. 16** non curat sibi facere amicos de mammona  
iniqui

iniquitatis , ideo & verè solus est & manebit in iudicio , nullo sanctorum eum pro fratre agnoscente , sed ab omnibus derelinquetur , sicut ipse nunc omnes relinquit.

**E**t tamen laborare non cessat . Nihil melius quiete & securitate , hanc autem aufert Tyrannus ille , auaritia scilicet . Quis non detestaretur eum Tyrannum , qui nunquam quiescere fineret ? Et tamen cùm hoc faciat auaritia , sponte ei seruimus .

**N**ec satiantur oculi eius dinitijs . Venter cito satiatur , sed non oculi . Quid igitur opus est propter solos oculos satiandos , tantum laboris insumere , cùm venter satiatus sit , & oculi nunquam possint satiari ?

**N**ec cogitat cui labore . Avarus non laboret sibiipsi , quia non fruitur labore suo , sed aliis quos plerunque non nouit , vel quibus non vult , vel qui ingratifi futuri sunt . Præterea etiam fraudat animam suam , tum quia rebus ipsis non vtitur in quiete : tum , quia verè fraudat animam . Nam propter externa negligit ipsam , immo propter diuitias pluribus peccatis eam onerat . Vides quām graphicè descripsit auaritiam . Hoc autem tantum malum non

aliunde venit, quam ex incredulitate, cùm tamen Deus tanta promiserit, imò reipsa saepe ostenderit se curare, & solicitum esse pro suis. Sic Patriarchis magnas diuitias dedit, quas nec sperare ausi fuissent. Sic David nihil tale cogitanti regnum dedit, quod omni sua solitudine nunquam potuisset acquirere. Idem nobis ficeret Deus, si nos ei permetteremus.

**M**elius est igitur dūos esse simul quam vnum. Habent enim emolumētum societas sue, &c. Consilium Salomonis, quo commendat societatem & communione rerum, quasi diceret: Avarus ille soli sibi viuens, putat se securum, quod diuitias possi let, sed securior erit, qui aliis communicat. Communio enim rerum, valet ad res seruandas & augendas. Avarus autem damnat communionem rerum, nec patitur socium, & est verè canis in præsepio. Si unus ceciderit, qui aliis communicauit bona sua, huic alij succurrunt, compatiuntur, adiuuant. Cùm enim ipse utilis sit aliis, utilitatem etiam consequitur ex aliis. Econtra solitarius ille avarus, omnibus inuisus, si ceciderit, ab omnibus irridetur, quemadmodum in Esaiā deridetur Nabuchodonosor ille avarus prædo, &c. Imò avarus multos habet qui mala ei imprecant

cantur, qui vindictam contra eum expe-  
tunt: nullum autem qui pro ipso oret. Præ-  
terea qui socialiter viuit, is si nox ingruerit,  
hoc est, aduersi quidpiam, securè au-  
det ab aliis consilium, & consolationem  
petere. Semper etiam inuenit aliquem, se  
consolantem & calefacientem. Econtra  
solitarius ille avarus, nec à quoquam con-  
solationem petere audet, nec quenquam  
consolantem inuenit, ideo plerunque de-  
sperabundus ad laqueum festinat. Obser-  
ua igitur, quantum bonum sit amicitia  
vera. Primò enim iucunda est, deinde uti-  
lis, nihil denique fortius quam consensus  
amicorum: Frater qui adiuuatur à fratre, Proh. 18  
tanquam ciuitas firma. Hinc hic dicitur:  
Funiculus triplex difficile rumpitur. Hinc  
felicissimus est, qui multos sibi amicos  
facit ex mammona iniustitiae. Multa au-  
tem incitamenta ad hoc habemus. Siqui-  
dem eandem habemus fidem, eandem  
spem, eundem dominum, &c. Hæc igitur  
nos colligare debent. Spiritualiter autem,  
Melius est secum habere Christum, quam  
solum esse. Qui Christum habet & ver-  
bum eius, si ceciderit, resurget, &c. Si dor-  
mierit somno mortis, calefaciet eum spi-  
ritus Christi. Si insurgat diabolus, Chri-  
stus resistet. Si secum habuerit Patrem  
& filium

& filium & spiritum sanctum, funiculum  
hunc nulla tentatio franget.

**M**elior est puer pauper & sapiens reges ser-  
vare & stulto, qui nescit prouidere in po-  
sterum. Non docet hoc verbo contem-  
nere senium & potentes, hoc enim esset ma-  
*Leuit. 19* lum, quia Deus utrosque honorare prae-  
cipit, & senes & potestate praeditos: sed indi-  
care vult, quam saepe fallantur nostra con-  
silia circa huiusmodi. Primo enim omnes  
appertunt potestatem & longam vitam, o-  
mniaque sibi salua aestimant, si haec atti-  
gerint, sed falluntur. Quid prodest poten-  
tia sine prudentia? Nihil, immo obest, quo  
enim quis maiori potestate praeditus est, eo  
perniciosior est, si stultus sit. Quid prodest  
hic alios præcellere potentia si nescias pro-  
uidere futura? Melior est igitur pauper,  
qui diuinam habet sapientiam, quam rex  
qui caret cognitione Dei. Sic melius est  
paucos annos numerare, & tamen Dei sa-  
pientiam habere, quam multos annos nu-  
merare, necdum tamen quicquam rerum  
spiritualium didicisse. Secundo mundus  
iudicat ibi esse sapientiam, ubi vider se-  
nium & potentiam: Econtra, contemnit  
iuentutem & paupertatem, quasi huius-  
modi doni minus capacem, sed fallitur sa-  
pe. Inueniuntur enim & reges fatui, &  
senes

senes fatui: Econtra inueniuntur iuuenes sapientia prædicti, & etiam pauperes. Anima  
ma enim iusti interdum plus videt, quam  
septem speculatores, &c. Sic Daniel, tametsi  
puer, prudenter deprehendit Susannam  
falsò accusatam, quod tamen nemo alias  
ex populo deprehendere poterat. Sic Ioseph  
sapientior inuentus est omnibus Aegyptiis. Sic Amos & Dauid, tametsi pasto-  
res, tamen diuina sapientia fuerunt præ-  
dicti. Deus enim ita distribuit sapientiam  
aliisque dona, ut tamen dominium sibi re-  
seruet & dandi & auferendi. Hoc autem  
ideo facit, ut agnoscamus eum esse domi-  
num. Secundo ita distribuit sapientiam, ut  
tamen non sit hæreditarium bonum. Ex-  
emplum de Salomone & Roboam, vult  
enim Deus, ut filius non minus sibi confi-  
dat quam pater. Tertiò Deus non ita con-  
stricctus est, ut sapientiam cogatur dare cer-  
tis personis & statibus, vt pote senibus &  
potestate præditis, sed liberè hoc donum  
distribuit pro sua voluntate. Hinc Salo-  
mon, tametsi rex iam erat, nondum ta-  
men habebat sapientiam, sed eam pri-  
mùm à Deo petit. Hinc Dauid, tametsi iam  
senes erat & multa expertus esset, de se  
tamen diffusus petit à Deo, ut in senecta  
quoque eum dirigat. Sicut igitur sapien-  
tiæ do

3. Reg. 3

Psal. 70

tiæ donum non infallibiliter adharet se-  
nibus & potentibus , sic idipsum donum  
iuvénibus & pauperibus non denegatur.  
Non igitur in personas aspiciamus, sed in  
Dei donum , nec idipsum propter humili-  
tatem personæ contemnamus. Præterea  
plerunque Deus etiam potentibus aliqua  
denegat , quæ tamen humilibus concedit,  
ne vel illi superbiant , vel hi desperent.  
Aliqui hoc verbum exponunt de duplīci  
homine , & spirituali scilicet & animali ,  
quod melior est puer ille sapiens , hoc est ,  
spiritualis & internus homo , tametsi in-  
terdum vix in senio nascatur , quam ani-  
malis , qui ex Adam trahitur , semp̄rque  
stultus permanet.

**D**E carcere interdum quis ingreditur ad re-  
gnūm , & alius natus in regno inopia con-  
sumatur , &c. Alius casus , in quo irrita ali-  
quando fiunt consilia nostra. Alij exaltan-  
tur nihil tale querentes , vt Ioseph , Da-  
uid , Hieroboam. Alij deiiciuntur , quan-  
tumuis resistant , vt Manasses , Zedechias ,  
Oseas filius Hela , &c. Alij ditescunt , alijs  
pauperes evadunt. Mundus hæc fortunæ  
tribuit : Sed siles ex verbo Dei agnoscit  
Deum hæc facere. Ipse enim humiliat &  
exaltat. Hoc autem non facit ex præscri-  
pto humano ināo nonnunquam reclaman-  
tibus

tibus nobis, ut ipse solus agnoscatur dominus ipsique adscribamus, si exaltati fuerimus, atque ipso solo accipiamus, si humiliati fuerimus. Fides igitur agnoscit verè Dei opus esse, exaltare humiles, deiicere superbos. Discitque ex humiliatione superborum, timorem: ex eleuatione humilium, spem. Hoc idem contingit etiam in rebus fidei & salutis. Sic gentiles à carcere dia-boli ad regnum Dei euesti sunt, Iudæi au-tem in regnum nati, deciderunt. Idem vi-demus in latrone & Iuda, idem contingit & adhuc saepe. Noli igitur altum sapere, Roma. sed time.

**V**idi cunctos viuentes, qui ambulant sub so-le cum adolescente secundo, &c qui tamen non letabuntur in eo. Omnium maximè con-filia nostra irrita sunt circa educationē fi-liorum. Hinc Salomon exemplum ponit de filiis regum & principum, qui solent maio-ri cura institui. Hi enim interdum adeò ma-gnificam de se spem præbent, ut omnibus amabiles sint, omnesq; illis regnū & domi-nium vtrō deferāt, & tamen aliquādo non lætantur in eis, hoc est, spe sua fraudantur. Sic egregiè instituti sunt Saul, Roboā, Hie-roboam, Ioas, Manasses, Nero, &c. optimos habuerunt præceptores, nempe Samuelem, Salomonem, Abiam, Ioiadām, Ezechiā, Se-necam.

necam. Quis non bonam de ipsis spem concepisset? sed pessimi euaserunt. Idem contingit in filiis priuatorum. Vana est igitur omnis instructio & educatio filiorum sine Deo. Non tamen hic damnatur studium educandi, sed nostra consilia tantum. Si igitur filij respondent educationi, gratiae agentia, non nostro studio, sed benedicenti Deo. Sin autem, ipsis Deo committenda educatio, ipsiusque auxilium implorandum, ut per seipsum efficiat, quod nos frustra co-nati sumus.

**C**VITIDI pedem tuum ingrediēs domum Dei,  
& appropinqua vt audias. Cūm hactenus pulchre indicarit, imundanos homines in suis actibus nimium declinare ad partem dextram, hoc est, ad curas & solicitudes, consiliaque propria, docueritque ut omnia committamus Deo. Nunc, ne quis in alteram partem declinet, nihilque amplius velit operari, præoccupat, salutaremque adhortationem facit ad eos, qui in via media non incedunt, sed aut nimis sunt remissi ad laborem, aut nimis solliciti. Carnalis enim homo nescit incedere via regia: Et ad verbum Dei semper sequitur vel præsumptio vel desperatio. Admonet igitur Salomon, vt cauti simus, ne offendamus. Nihil enim periculosius est, quam in re

in rebus diuinis offendere & scandalizari.

Exemplum autem sumit à templo illo materiali, quasi diceret: Sicut illud templum multos habet gradus, in quibus facile quis offendit pedes, nisi obseruet & cautus sit: sic verè peregrinantibus in hoc mundo plurima occurrent offendicula, maxima igitur opus est cautela. Multipliciter autem accipitur domus Dei, ubique tamen opus est cautela. Primo, domus Dei, dicitur locus, in quo conueniunt fideles, &c. In hac autem domo facile quis offendere & impingere potest, si vel mala intentione intret, vel non debite se gerat, si oculos non contineat, si mala cogitat, &c. Obserua igitur pedem, custodi cor tuum, cura, ut audiás, ea facias & cogites, quæ ipse locus exquirit. Secundo, domus Dei, est Ecclesia fidelium, Paulo teste. In hac autem plura occurrent offendicula. Sunt enim bonis permitti mali, tritico zizania. Inuenitur in Ecclesia & mala vita, & mala doctrina in quibusdam. Obserua igitur pedem, & audi verbum Dei, ibi videbis & quomodo vivendum, & quid credendum. Tertio, dominus Dei, est quilibet fidelis, qui & ipse in se inuenit plura offendicula & tentationes. Obserua igitur pedes, id est, affectus, & audi quid in te loquatur dominus. Psal. 84

1. Tim. 3

Matt. 13

1. Cor. 6

*Rom. I.* Quartò, domus Dei mundus est: tum quia ipse omnia fecit, tum quia omnia gubernat & disponit, tum quia in omnibus creaturis conspicitur. Invisibilia enim Dei per ea quae facta sunt, intellecta conspicuntur.

In cælis enim conspicitur eius maiestas, in terra eius liberalitas, in homine eius bonitas, in fulgure & tonitruo eius ira in impios, &c. In hac autem domo plura occurserunt offendicula, varij casus, multa mala,

*Pal. 27* de quibus Dauid: Mei autem penè moti sunt pedes, pacem peccatorum videns. Nulli igitur ea velle inuestigare tua ratione, alioqui impinges, & aut dices non esse Deum, aut eum esse iniustum, vel non curare nostra. Ut interim taceam, quod Deus non vult, ut omnia perscrutemur, omniumque causas sciamus, sicut & in templo illo Salomonis plura erant penitus occulta & hominibus inaccessa. Obserua igitur pedem, & audi quid scriptura de his rebus dicat, & nihil te offendet. Præterea etiam in scripturæ sacra (quæ & ipsa dominus Dei dici potest) plura occurrunt offendicula. Sic Arrius impegit in illud: Pater maior me est. Sic plerique impingunt in alios locos. Obserua igitur pedem tuum, noli sequi rationem, sed audi, quære a Deo consilium & veritatem. Denum monet etiam hæc verba

*Ioan. 14*

quia  
uber-  
crea-  
i per  
ntur.  
estas,  
us bo  
n im-  
ccur-  
mala,  
moti  
s. No  
ione,  
esse  
i cu-  
Deus  
om-  
tem-  
s oc-  
a igi  
is re-  
terea  
do-  
ffen-  
Pater  
t in  
noli  
onsfi-  
hac  
erba

verba, ut in his quæ erga Deū agimus cau-  
ti simus, ne præpostero ordine agamus.  
Agebant & Gentiles aliqua erga Deū, sed  
frustra quia sine verbo & fide. Studebant  
& Iudæi iustitiæ, sed præpostero ordine.  
Ignorantes enim Dei iustitiæ, & suam vo-  
lentes constituere, iustitiæ Dei non erant  
subiecti. Primò igitur omnium necessariū  
est, ut audianus, antequā ad opera proce-  
damus, quibus Deo seruimus, prius audia-  
mus quid Deus ipse nobis per Christū of-  
ferat & promittat, hoc est, Si peruenire de-  
sideras in domū Dei, oportet ut à fide inci-  
pias, & sic ad opera peruenias, alioqui fru-  
stra sudabis, & verè te decipies. Rationem  
ponit.

**M**elior est enim obedientia quam victimæ  
stultorum. Non simpliciter dicit: Me-  
lius est audire, ne quis putet solū verbī au-  
ditum sufficere, sed nominat obedientiā,  
quæ nihil aliud est quā credere, adhucere,  
sequi, non discedere, neque ad dexterā, nec  
ad unistrā. Huiusmodi obedientia omni-  
bus aliis operibus præstat. Hinc Christus, *Ioan. 6*.  
Hoc est opus Dei ut credatis, &c. Per vi-  
ctimas autem intelligit omnia opera qui-  
bus Deum promereri studemus. Vide au-  
tem quām pulchrè inter se comparē fidē  
& opera. Non reiicit opera & victimas,

sed fidem eis præponit quemadmodum & in Hieremia, cùm dicit: Non locutus sum vobis de verbo holocaustatū, &c. Non reiecit sacrificia, quæ pro illo tempore præcepta erant, sed præponit fidem. Unde subdit: Sed hoc præcepi ut audiatis, &c. Præterea signanter reiecit opera stultorum & victimas. Per stultos autem hic non intelligit moriones, sed eos, qui Deum non cognoscunt, nec querunt, etiam si sapientissimi sint. Quis autem nescit, etiam stultos huiusmodi aliquando opera in spe ciē bona facere? Verū ea non placent Deo. Primo, quia siue fide operantur. Secundo,

**Exemplū** quia interim negligūt ea quæ Deus præcede Saul pit. Tertio, quia bona sua sibi ipsis, adscribunt. Quartò, quia in ipsis confidunt operibus, ac magna sibi merita præstituūt, nihil curantes de meritis Christi, &c. Melior igitur est obedientia, quam stultorum victimæ. Ne igitur frustra laboremus, incipiamus à fide, spe, charitate. Deinde obediamus: nihil autem nobis adscribamus, sed omnia Deo, cui & nostra bona opera estimanda relinquamus, agnoscentes nos seruos inutiles, &c. Hæ sunt victimæ & sacrificia sapientum.

Luc. 17

**Q**ui nesciunt quid faciunt mali. Pulchra appendix, qua indicat, qui sunt stulti illi,

## CAPVT V.

**I**N Ecclesiastico legimus: Multi sunt pacifici tibi Eccl. 6  
ibi, sed consiliarius sit tibi unus ex mille. Vult  
docere, ut omnes quidem diligamus, sed non om-  
nium consilia sequamur. Charitas sit sine delicto  
personarum, in doctrina autem delectus haben-  
dus est. Iuxta illud: Nolite omni spiritui creden- 1. Ioas. 5

*re, &c. Cùm itaque Salomon halterus se probat  
1. Timo. 4 nerit consiliarium fidelem, ad solū enim Dei ti=  
morem qui promissionem habet vita, que nunc  
est & futura, omnes nos hortatur. Securè igitur  
eum & in ceteris audiamus.*



*Mat. 12*

*E temerè quid loquaris. Deus enim  
in cælo, & tu super terram, idcirco  
sunt pauci sermones tui. Potest pri-  
mo intelligi generaliter, ut sit  
doctrina ad refrenādā linguam, quādo-  
quidem coram Deo loquimur, cui & ratio-  
reddenda est de omni verba otioso. Prohi-  
berur etiā signanter hic blasphemia cōtra  
Deum, additurq; comminatio: Deus in cæ-  
lo, tu super terram, quasi diceret: Facile te*

*4. Reg. 18*

*perdere potest, id quod in Sennacherib vi-  
demus factum. Maximè autē hic prohibe-  
tur impium cordis humani iudicium de  
Deo. Cùm enim res non ex sententia ce-  
dunt, statim iudicant vel Deum non esse,  
vel eum nescire aut non curare mortalia,*

*Psal. 72*

*ut videmus in Psalmis & Prophetis. Hoc  
autem hic prohibet Salomon, & addit cau-  
sam, Deus enim in cælo, &c. hoc est, Deus  
verax est, iustus & sapiens: tu autem in ter-  
ra: hoc est mendax, impius & stultus es. Eā  
dem rationem ponit Paulus in Romanis.  
In cælo est veritas, iustitia, sapientia: in ter-  
ra men-*

*Roma. 3*

ra mendaciū, iniustitia, stultitia. Deus autem solus inhabitator est cæli, non igitur temerè contra eum loquendum. Prohibentur etiā hic curiosæ illæ disputationes de Deo, quæ tamen nunquam à ratione comprehendendi possunt, quia ipse in cælo, hoc est, infinitæ maiestatis tu in terra, hoc est, parvæ capacitatis es. Videmus enim nunc per speculum & in ænigmate. Prohibentur etiam hic stulta & temeraria vota, quorum mundus plenus est. Plerunque enim temerè votemus in necessitate, vel ob aliquod commodum: postea autem voto facto, pœnitentia nos. Hinc tot mala, tot etiam vexationes conscientiarum. Hinc & Christus docet, ut prius computemus sumptus, antequam quicquam incipiamus.

**M**ultas curas sequuntur somnia, & in multis sermonibus inuenitur stultitia. Similitudo est: Sicut curas sequuntur somnia, sic multa verba sequitur stultitia, immo mēdaciū & peccata varia. Iuxta illud: In multilo Prove. 10 quio non deerit peccatum. Quod & Iacobus Iacobi 3 pulchrè ostēdit, &c. Potest etiā hęc sententia referri ad superiora, ut sciamus ex sollicitudine & cura nostra nihil pruenire quā somnia, quibus nihil vanius. Igitur sicut somniū vanū est, sic omnis tua cura vana. Potest etiā secundū illud verbū sic accipi, ut propriā

constituant sententiam, quasi diceret: Vis sapiens videri, immo vis non peccare? refrena linguam. Vult igitur, ut in templo Dei audiamus & taceamus, ne Deum ipsum docere velimus, sed simpliciter obedire.

**S**i quid voulisti Deo, ne moreris reddere. Sunt qui textum hunc intelligant de solis illis votis, quae in veteri testamento erant. Voluntque sublata lege, etiam voulendi rationem esse sublatam, ut omnia nunc liberè fiant: adeoque omnia vota quae nunc fiunt, potissimum autem monastica in totum damnant, ut stulta & impia. Ad haec autem breuiter respondeo. Primò, Libertatem Christianam non esse libertatem peccandi: Votum autem tollit libertatem peccandi, non libertatem conscientiarum. Secundò, Ea quae vount monastici, non sunt mala in se, verum bona & à Christo consulta. Non igitur malum potest esse, votum super ea cadens. Votum enim nihil addit, nisi perpetuitatem voluntatis in bono, ne qualibet tentatione moti cadamus à proposito. Tertiò, Vota hominem promouent ad bonum, nempe ad mortificationem carnis, & voluntatis propriarum. Item ad operationem boni, & ad sursum actionem mentis in Deum: non igitur mala esse possunt. Quod autem plerique causantur

tur difficultatem aut impossibilitatem, ex ipso Adamo est, & velamen malitia. Si enim audimus Paulū dicentem: Non possu- 1. Cor. 3  
mus aliquid cogitare ex nobis, cur nō audi-  
mus etiā Christū promittentē, Quicquid Ioan. 16  
petieritis Patrem in nomine meo, dabit vo-  
bis? Stat igitur sententia, Si quid voulisti,  
redder. Hæc de votis annotasse hoc loco suf-  
ficiat. Nam ad plenū de huiusmodi differe-  
re, alibi commodius fiet, & iam dudum fa-  
ctum est. Vult igitur Salomon hoc verbo  
docere ut fidē nostrā opere compleamus,  
ne simus Iudæis similes, qui dicebant: Om- Exod. 24  
nia quæ locutus est dominus, faciemus, &  
tamen statim ceciderunt in peccatum. Me-  
lius est ergo ancipitē diu tenere sententiā,  
quā in verbis esse facilē, in factis autē diffi-  
cilem. Quis autē nescit, nos votum voulisse  
in baptismo? Noli igitur verbis tantū a-  
gere cum Deo, sed factis. Specialiter au-  
tem hoc verbo tangit eos, qui cùm au-  
diunt, quòd studia sua nihil profundit, &c. ni  
hil deinde volunt operari, nec soluere e-  
tiam, quæ vulerunt. Non liberat te Salo-  
mon à labore, sed monet, ut facias quæ Dei  
præcipit. Præcipit autem, ut reddas vota.  
Habes igitur quid in domo Dei facere de-  
bes: Audi, tace, fac, vel operare: in his tri-  
bus, consistit vita Christiana, &c.

**N**E dederis os tuum, ut peccare facias car-  
nem tuam. Neque dicas coram Angelo:  
Non est prouidentia, ne forte iratus dominus cō-  
tra sermones tuos dissipet cuncta opera manus  
tuarum. Adhuc perficit in admonitione,  
adeo enim etiam in medio sermone solici-  
tus est pro scandalo cauendo, ne quis offen-  
datur ex eius verbis. Cūm enim esset sa-  
piens, videbat fieri non posse, si ita damna-  
ret humana consilia, ut non aliqui ex eo se-  
gniores fierent ad laborem. Igitur inter-  
rupto sermone de vanitate hominis, inter-  
miscerit admonitionem, quam & hoc ver-  
bo concludit. Docet autem hoc verbo,  
ut aliqui volunt, vitandam gulam & cra-  
pulam, qua sit, ut caro nostra in multa vi-  
**Pro. 23** tia corruat. Iuxta illud, Cui vae, cui rixæ,  
cui fouæ, &c. Nónne his qui morantur in  
vino, &c. Iuxta hoc igitur sensus est, No-  
li sic diligere delicias cibi & potus, nec  
tantum indulgeas ori tuo vel gustui, ut ti-  
bi ipsi occasionem peccandi præstes. Idem  
**Pet. 4** docet Petrus, Christo in carne passo, vos  
eadem cogitatione armamini. Sufficit  
enim præteritum tempus, &c. Alij hunc  
locum referunt ad eos, qui cūm audiun-  
nos nihil efficere nostris conatibus, no-  
lunt amplius laborare. Hos igitur monet,  
ne tam temerè loquantur, neque hanc ces-  
satio

sationem arbitrentur leue esse peccatum,  
cùm prouocet iram Dei, & faciat vt ni-  
hil prosperè nobis succedat. Sic multi nunc  
conqueruntur & deplorant miserias in  
mundo, & omnium quasi rerum penuriā:  
nemo autem cogitat, vnde tanta mala sint,  
nempe ex ira Dei, quam per hoc prouoca-  
uimus & prouocamus, quòd fermè omnes  
ad bonū desides sumus, cuiuscūque tandem  
status simus. Tertiò possumus hunc locum  
intelligere de his, qui temerè vount quod  
non seruant, sicque carnem suam peccare  
faciunt. Quartò de his, qui peccata sua ex-  
cusant, vel ea in Deum reiiciunt. Aiuunt  
enim se corporis necessitate compulsos  
peccare, &c. Hos igitur arguit & monet.  
Quemadmodū & Iacobus. Deus (inquit) Iaco. i  
neminem tentat, sed vnuſquisque à pro-  
pria concupiscentia tentatur, &c. Se ergo  
accuset, non Deum. Potissimum autem  
videtur hic locus intelligendus de his, qui  
cùm viderint multa mala in mundo, con-  
cludunt, aut Deum non esse, aut nostra nō  
curare. Monet igitur ne tam impiè sentiāt  
de Deo, ne finant carnem, hoc est, carna-  
lem hominem tam temerè de Deo loqui,  
néue plus æquo rationi credant. Addit au-  
tem: Coram Angelo, vt vel ex Angelō-  
rum ministerio, quod scriptura frequen-

ter commendat & exemplis probat, discant  
esse prouidentiam apud Deum. Si enim  
Deus non curaret nostra, non deputaret

*Psal. 90* Angelos ad custodiam nostri. Habes igitur, vnde gratias agas pro tanta dignatione: non autem habes, vnde vel Deum vel Angelos negligentiae accuses. Addit, Ne forte iratus Dominus, &c. Nihil enim Deum magis ad iram prouocat quam ingratitudo, & impia de ipso sententia. Et ob id vel maximè dissipat & frustratur opera & conatus nostros. Sicut enim qui Deum timet, & ipse & omnia eius benedicta sunt: Sic *Deut. 28* econtra qui Deum non timet, maledictus est cum omnibus suis.

*Leuit. 19* **V**i multa sunt somnia, plurime sunt vanitates: tu vero Deum time. Ad literam, qui somniis confidit, & se secundum somnia dirigit, plerique fallitur. Hinc & lex prohibet ea obseruare. Verum quidem est, Deum aliquando per somnia indicasse quædam futura, ut patet in Ioseph, Pharaone, Nabuchodonosor, &cæt. Verum noli inde statuere regulam, quasi semper sic euenire necesse sit. Noli igitur vel somniis confidere, vel somnia timere, sed Deum time. Melius tamen refertur hoc verbum ad præcedentia, ut sit conclusio eorum, quæ haecenus dixit pro vtraque parte, quasi dicati:

cat: Audisti quod curae nihil aliud efficiat,  
quam somnia, quibus nihil vanius. Audi-  
sti etiam malum esse inanibus verbis re-  
sponsare Deo. Noli igitur vel huc vel illuc  
declinare, sed regiam viam tene. Time  
Deum, neque sentias cum illis, qui nimis  
sunt solliciti, neque cum iis, qui nimis sunt  
remissi. Ne sis impius contemptor, neque  
præsumptuosus consultor vel scrutator.  
Possimus & hunc locum aliter intellige-  
re, ut per somnia quæ videnter aliquid  
esse, cum nihil sint, intelligantur ea quæ in  
mundo speciosa videntur. Monet igitur,  
ne huiusmodi somniis confidamus, sed ti-  
meamus Deum, hoc est, rebus stabilibus  
innitamur. Demum etiam per somnia pos-  
sunt intelligi mendacia & falsæ doctrinæ.  
Vbi enim mendacium est, ibi opus est plu-  
ribus verbis, ut veri speciem accipiat: Ve-  
ritas autem non indiget fuso verborum.  
Monet igitur, ne attendamus tantum ver-  
borum ornatum, sed ut Deum timeamus,  
apudque ipsum veritatem queramus, nec  
eam contemnamus propter simplicitatem  
verborum. Doctrina hæc hoc tempore sum-  
mè esset necessaria.

**S**i videris calumnias egenorum & violenta-  
s' iudicis, & subverti iustitiam in prouincia,  
&c. Reuertitur ad describendas homi-  
num

num vanitates. Hac enim duo semper simul sint oportet, nempe ut virtutes plantemus, & vitia pullulantia eradicemus, vitam hanc cōtemnamus, ad futuram autem prouocemur. Nemo autem offendatur, quod s̄epius eadem repetit. Non enim ob id concionem hanc exorsus est, ut aures de mulceat (quod mundi sapientes faciunt)

**Supr.e.4** sed ut cor moueat. Sicut autem supra dixit, se vidisse calumnias egenorum, &c. sic nunc prædictit, nos eadem mala visuros in mundo. Pulchrè autem enumerat ea, quæ omnium maximè regnant in mundo, quorum primum est, Calumnia egenorum.

**Osee 4** Non est enim veritas, nō est misericordia, non est scientia Dei in terra, sed maledictū,

**Philip.2** mendacium, &c. inundauerunt, &c. Omnes quæ sua sunt querunt, nulla adest compassio. Secundum est superbia & ambitio in magnatibus, qua sit, ut semper alias a lium pellar. Superbus enim non patitur æqualē, vel superiorem, sed solus regnare

**Danie.7** vult. In cuius figura Daniel vidit quatuor bestias inter se pugnare, & se mutuo conculcare. Ex hac ambitione multa mala oriuntur, cædes, &c. quod Romanorum probant historiæ de Mario & Sylla, de Julio & Pompeio, de Augusto & Antonio, &c. Tertium est iniustitia, nedum in conscientia,

tia, sed etiam in externis, in iudiciis, in foro, in contractibus, in ponderibus, &c. Hæc sunt quæ planè indicant, diabolum esse principem huius mundi. Cùm autem Christus diaboli regnum destructurus venerit, tria econtrario docuit, quæ suum regnum ornant. Primum est misericordia & dilectio. Iuxta illud: Estote misericordes, &c. Item, Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, &c. Secundum est timor Domini, & humilitas in præsidentibus. Iuxta illud: Qui vult inter vos maior esse, sit minister vester. Tertium iustitia, nedum in vita externa, sed etiam in conscientia. Attende nunc statum Ecclesiæ, & vide an regno mundi vel regno Christi similius sit. Opera pretium igitur esset, nunquam non orare, Adueniat regnum tuum.

Luc. 6  
Ioan. 15

Luc. 12

Mat. 6

Ioan. 16

**N**on mireris super hoc negotio. Consilium est, quasi dicat. Nihil opus admiratio ne, cum nihil noui in hoc contingat. Semper enim tale fuit ingenium mundi. Si omnia ordinate fierent, iam non esset mundus, sed Paradisus: non regnum diaboli, sed Dei. Cogita igitur te esse in mundo, non in cælo. Hinc & Christus: In mundo (inquit) pressuram habebitis, in me pacem. Si pacem & quietem quæris, non in terris quære, sed in cælis. Beatitudinem expec

expecta in celo, non in terra. Si audis vel vides mala, non indigneris, sed dic: Hic est cursus mundi. Si autem vides bona, dic: Benedictus Deus, qui sic gubernat res, ut non sinat sola mala fieri, sed immiscet malis bona. Imò, si te mundi mala offendunt, conuerte te ad Dei bona quae dedit, & videbis etiam in medio regni mundi consolacionem. Non mirum est mala fieri in mundo, imò magis mirandum esset si nihil mali fieret sub tam malo principe diabolo. Mirandum autem est & omnibus laudibus extollendum, quod Deus tanta bona nobis conferat hic constitutis, etiam in uito principe mundi.

**Q**via excelsior aliis est. Sensus est, Ne te excrucies, si quod displiceret mutare ne quis: Fac quod tuū est, reliquum relinque iudici superiori. Quod si nec is emendare omnia vel potest vel vult, cōmitte Deo, nihil impunitum manebit: Si inferior iudex id non facit, faciet superior: si nec is facit, certe Deus puniet malum. Deus multa habet media, per quae & mala punire, & bona promouere potest, habet magistratus minores & maiores, habet sapientes, habet Angelos, per quos sua iudicia nonnunquam exerceat: Aliqua sibi soli reseruant ordinanda. Non est autem

tem nostrum ei præscribere regulam, quo modo quodlibet agere debeat, sed ipsi omnia committenda sunt. Non tamen ob id cessandum in vocatione nostra, sed euëtus Deo committendus. Quare, ubi videris mala in Principibus, Magistratus abuti sua potestate, iudices impie iudicare, plebem murmurare, sapientes disputare, &c. noli seditionibus & violëtia, istavelle tollere, sed age quod tuū est, de reliquo cogita, Deus ita corriget. Sic igitur Salomon pacatum reddere vult cor nostrum. Qui enim non facit quod iam dictum est, nihil habet quan afflictionem.

**E**T insuper vniuersæ terræ rex imperat seruienti. Hieronymus transtulit, Et insuper vniuersæ terræ rex imperat in agro culto. Per cultum autem agrum, mundum intelligit, quem Deus nūquam colere cefsat verbo suo. Hac autem siwilitudine agrivult docere, vanum esse, si quis conetur omnia in mūdo ordinare. Sicut enim, quātumcunque colas agrum, tamen efficere non potes, ut non ibi nascantur zizania, imò contra tuam voluntatem cogeris ea relinquere in medio tritici: Nec vñquam triticum à paleis & zizaniis perfectè separare potes, nisi in trituratione & ventilatione. Quanto minus id efficere

poteris in mundo? Hinc & Christus dicit  
**Mat. 13** Sinite utraque crescere usque ad messem,  
 &c. Alij sic transferunt: Supra hos præterea  
 rex præstet universæ terræ, ad excolendam  
 terram. Hoc autem sic accipi potest, ut sit  
 epitheton Magistratus regij quo signifi-  
 catur, cui officio præficiatur, & quod sit  
 opus potestatis secularis, nempe ut colat  
 terram. Hæc autem cultura terræ, non tan-  
 tum significat agriculturam, sed etiam  
 conseruationem totius politiæ, quæ fit le-  
 gibus, iudiciis, &c. Sicut igitur magistra-  
 tus spirituales, pastores nominat scriptura,  
 sic magistratus世俗的, nominat culto-  
 res terræ. Potest autem hoc etiam & maxi-  
 mè intelligi de Deo, is enim solus est rex  
 ille, qui præstet universæ terræ ad excolen-  
 dæm eam.

**Psal. 125** Nisi enim ipse ædificauerit do-  
 mum, inuanum laborant alijs quicunque  
 tandem sint. Quatumuis autem is nūc dis-  
 simuler, tamen suo tempore omnia in ordi-  
**Psal. 74** nem rediget: Cūm accepero (inquit) tem-  
 pis, iusticias etiam iudicabo.

**Ezæ 55** **A**varus non implebitur pecunia. Vide-  
 mus & hic verè dixisse Deum: Non  
 sunt viæ meæ viæ vestræ. &cæt. Mundus,  
 summum bonum putat esse abundantiam  
 diuitiarum, verum Spiritus sanctus per os  
 Salomonis aliter iudicat, immo paupertati-

tem spiritus prafert, quantūcunque etiam magnis opibus. Quia autem difficile credimus etiam Dei verbo, ubi aliud nobis persuaserimus, ideo Salomon pluribus exemplis vtitur, ut persuadeat. Habent autem singula verba Emphasim. Primo, Avarus vel ipso nomine abominabilis est. Quid est enim avarus, nisi arca principum, præda latronum, sibilus omnium? Deinde & hoc mirum est, quod solus avarus non impletur, cum tamen non habeat maius os aut ventrem quam alij. Maximè autem stultum est, quod non impletur pecunia, qua nihil vilius, nec enim de ea comedere potest, nec secum ferre. Ideo autem avarus non impletur pecunia, quia non attendit ea quæ habet, sed tantum ea, quæ non habet, quo nihil stultius: sic enim se & presentibus & futuris fraudat. Secundo, ideo impleri nequit, quia avaritia velut ignis quidam est, qui eò magis accenditur, quod plura ligna congefferis. Tertio, pecunia etiam si multa sit, tamen finita est: avaritia autem infinita, ideo non impletur pecunia. Quartò, pecunia in sacculi transfit, non in cor, ideo non satiat. Quintò, nihil quod minus est quam Deus satiare potest cor hominis, sed pecunia longe minor est Deo, ideo hominem satiare non potest.

Vide igitur, quantum malum secum auaritia portet, nempe perpetuam famem. Quid autem intolerabilius fame? Longè igitur auaro præstat iustus, qui præsentibus contentus est, is enim ea fame caret.

*Prov. 13* Iustus comedit & replet animam suam, auarus autem etiam in mediis diuitiis egés est: Auaro tam deest quod habet, quam quod non habet. Obseruandum igitur illud *Esaix*: *Qui proiicit auaritiam, &c.* Iste in excelsis habitabit, &c. Panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt, &c.

*E*t qui amat diuitias fructum non capiet ex eis. Aliud est amare diuitias, aliud habere diuitias. Qui diuitias solum habet, non autem eorū apponit, hic magnum frumentum inde consequitur. Primo enim utitur eis ad præsentem vitam. Secundo cum eisdem thesaurizat, ac amicos sibi parat in cælum: Qui autem amat diuitias, seruus est diuitiarum, non dominus. Quid autem iucundum esse potest ei, qui tam crudelem habet dominum? Auaritia enim quasi quedam regina dicit secum ancillarum gregem, curas scilicet, labores, vigilias, insidias, imposturas. Præterea plerunque auarus nec pro seipso uti audet bonis suis, ac planè est velut canis super frumentum: Multo minus capiet ex eis fructum aliquid.

aliquem spiritualem quem cosequi possit, si eis vteretur iuxta Dei mandatum. Verè igitur dictum est: Qui amat diuitias, &cæt. Non enim audet eas expenditure in pauperes.

**V**i multæ sunt opes, multi qui comedunt eas. Aliud malum circa diuitias, quod semper minor pars cedit ad possidentem. Qui multum habet, multa etiam familia opus habet, magnisque sumptibus, quæ omnia anguat eius animum. Deinde, vbi multæ sunt opes, multi sunt qui rapiunt & fraudant: magna igitur cura opus habet diues ille. Præterea opes diuitum plerunque ab impiis & inutilibus consumuntur: Quo fit, ut verè consumantur, nec enim per pauperes deponuntur in Dei finum. Solæ hæ diuitizæ manent, quæ in pauperes distribuuntur. Qui enim miseretur pauperi concereratur Deo.

Prou. 19

**E**t quid prodest possessori, nisi quod cernit diuitias? Verè magna miseria, quod tanta Dei bona quibus pij in cælo thesaurizant, & amicosibi ad tempus necessitatis parant: Impiis ad nihil prosunt, quam quod oculos pascunt.

Lue. 16

**D**ilectus est somnus operanti, siue parum siue multum comedat: saturitas autem diuisebit, non sinit cum dormire. Pergit damnare

k 3

diuitias, vel potius auaritiam & studia congregandarum & conseruandarum diuitiarum. Avaritia enim tale monstrum est, quod neque copia, neque inopia minuitur. Hinc egregie eam irridet Horatius,

--Congestis vndeque faccis

*Indormis inhians, & tanquam parcere sacris  
Cogeris, & pie lis tanquam gaudere tabellis.*

Hic autem aliam ponit calamitatem auari. Nam etiam si saturetur auarus, tamen non potest dormire. Ita omnibus modis misera est vita auari, ut neque die, neque nocte quietem habeat. Vel aliter, hoc verbo damnatur ocium, quod omnes quidem appetunt, & tamen non perpendunt, quanta mala inde sequantur. Primò enim per ocium duo ista mundo gratissima, cibus & somnus, perduntur, desipiunt, vertunturque in nauseam. Ut enim cibus & potus bellè sapiant, facit fames: Et delicatior somnus lassatum requirit corpusculum. At ociosus ad cibum affert ventrem plenum & distentum, ideo nihil ei sapit: Ad somnum affert corpus indefatigatum, ideo ingratus est ei somnus. Pulchre igitur in hoc mundo sic comparatum est, ut apud opulentos illos ociatores ciborum quidem copia sit, sed eorum carent

vsi,

usu, non enim sapiunt. Econtra apud miseros illos plurimum quidem laboris parumque ciborum est, sed habent gustum & quietem. Natura autem sic comparatum est, ut corpus temperanter refectum, dulciter dormiat. Nam ebrii neque dormiunt neque vigilant, neque mortui neque viae sunt. Præterea ocium multa docet vitia, vel ipsa experientia teste. Damnat igitur hoc verbo ocium, laboremque commendat. Spiritualiter autem intelligendo, somnus mortis illis solis dulcis est, qui hic strenue operantur.

**E**st & alia infirmitas persona, Dinitia & conseruata in malum domini sui. Pluribus verbis vtitur Salomon in eradicanda avaritia, quia nihil adeo infixum est cordi. Hoc autem inde prouenit, quod tantum respicimus in externa commoda, quæ ex diuitiis proueniunt, non autem attendimus mala, quæ secum ferunt. Diuitiae enim & amicos & gaudium & honorem & nobilitatem, parant, hinc est quod omnes eas apperimus. Hinc Sapientis : Substantia diuitiis vrbs fortitudinis eius. Et iterum, Redemptio animæ viri diuitiarum suarum. Ut igitur non nimis eas appetamus, plurimas earum incommoditates enumerat Salomon.

Quarum vel maxima est, quam hic possit, quod diuitiae nonnunquam seruantur in perniciem possessoris. Non quidem omnibus commune hoc malum est, sed tamen versatur ob oculos, Quot enim ob diuitias occiduntur occulte in edibus suis? Quoties contingit, quod princeps aliquis non ob aliud plures habet infestantes, quam quod sciunt eum habere diuitias? Sic thesauri regum & prouinciarum excitarunt multa bella, &c. Permittit autem hoc Deus, ne in diuitiis confidamus. Quam igitur stultum est ea comparare, quae in perniciem tuam cedunt? Addit: Pereunt enim diuitiae in afflictione pessima. Verissima sententia. Nedum possessor ob eas periclitatur, sed etiam ipsæ pereunt, nec simpliciter, sed in pessima afflictione.

**Abat. 2.** **G**encrauit filium, qui in summa egestate erit. Aliud malum non infrequens, quod nec congregans diuitias, nec filij eius, earum potiuntur. Iusto autem Dei iudicio hoc fit. Primo, quia iniuste contra Deum filii diuitias congregamus. Huiusmodi autem diuitiae contra te & haereditatem tuum clamant. Secundo, quia nostro studio filios ditare volumus, non curantes Deum verum Patrem, nec ei confidentes. Iustè igitur conatus nostros irritos facit,

facit, ut discamus Deum præ oculis habere.

**S**icut egressus est nudus de utero matris, sic reuertetur & nihil secum auferet de labore suo. Aliud malum, quod eis rebus studemus, quas nobiscum ferre non possumus. Non sunt veri amici, diuitiae, quia relinquent te in summa necessitate. Stude igitur his rebus, & eas quare diuitias, quas tecum auferre potes. Non solùm autem auarus, nudus ab omnibus diuitiis moritur, sed etiam nudus ab omnibus bonis. Sicut natus est in peccatis, & ira Dei, sic & moritur, quod nihil miserius. Si nudus natus est, cura ne nudus ex hoc mundo transeras. Vx enim ei, qui nudus coram Dei iudicio inuenietur. Suadeo igitur tibi emere à Deo aurum Apas. 3  
ignitum, ut vestimentis albis induaris, ne appareat confusio tua.

**Q**uid ergo prodest ei, quod laborauit in vērum? Laborare in ventum, Hebraica phrasis est, quam imitatus est Paulus cum dicit: Non sic pugno quasi aërem verberás. 1. Cor. 9  
Est autem idem quod frustra laborare. Putat se auarus rem magnam facere, dum diuitias congregat. Verum Spiritus sanctus vocat hoc inutilem laborat.

**C**unctis diebus vita sua comedit in tenebris & curis multis, in agmina & tristitia,

Iterum phrasis Hebraica est, In tenebris comedit, hoc est, in tristitia. Sumptum autem est à gestu & vulta hominum. Quando enim cor triste est, obducuntur oculi quasi nube: Quando verò lætum, quasi radis quibusdam, &c. E contra lumen pro

*Psal. 16*

lætitia ponitur, ut cum licitur: Dominus illuminatio mea, &c. Avarus igitur semper est in tristitia, quia semper inuenit quod displiceat, quod obiurget: Non potest lætus comedere, semper iurgatur cum familia, &c. Vel comedit in tenebris, quia necrit rectè vti diuitiis. Denique non habet pacem conscientiæ. Docemur igitur sic laborare, ut tamen in mediis laboribus lætemur, & sic affecti simus, ut etiam æquo animo omnia possimus amittere. Exemplum sit Iob. Nudus (inquit) egressus sum de vtero matris: nudus reuertar illic. Dominus dedit, dominus abstulit, &c.

Si bona suscepimus, mala quare non sustineamus? Deinde vtamur diuitiis, sicut vtimur aqua & aëre: Quod si faceremus, æquè sufficerent omnibus diuitiæ, sicut omnibus sufficit idem aér & Rhenus. Postremò cum audiamus tam frustraneum esse laborem circa diuitias, quæramus vera bona. Sic docet Paulus: Habentes victum & vestitum, his contenti simus, &c. Item,

*Tab. I**I. Tim. 6*

Diui

Dicitibus huius seculi præcipe , ne sperent  
in incerto diuinitarum , &c.

**H**oc itaque vixum est mihi bonum , ut come-  
dat quis & bibat , & fruatur Letitia ex la-  
bore suo , quo laborauit ipse sub sole , numero die-  
rum vita sua , quos dedit illi Deus . & hac est  
pars illius . Sæpius hanc repetit sententiam .  
Primò , quia est scopus huius libri , quem  
maxime obseruare oportet , ne aberre-  
mus . Ad hoc enim tendit liber , ut depo-  
namus curas nostras , vt amur Dei donis  
cum gratiarum actione , omnia à Deo per  
fidem expectantes , & cum Deus vult pa-  
tienter etiam amittentes , sicut Abraham Genes. 22  
reddebat Deo filium , &c . Secundò ideo re-  
petit hanc sententiam sæpius , ut videamus  
eum non damnare creaturas , sicut quidam  
heretici fecerunt , quorum aliqui damna-  
runt nuptias , alijs esum carnium , alijs diuini-  
tas , alijs magistratum , sed hec erronea sunt .  
Docet autem Salomon rebus ipsis vti , sed  
deponere curam . Non enim ob id datae  
sunt , vt eas contemnamus , sed vt eis secun-  
dum Deum vt amur , & aliis largiamur .  
Præterea , ideo toties repetit hanc senten-  
tiam , si forte molestias nostras , si non o-  
mnino tollere , certè minuere possit . Im-  
positus est homini labor corporis , in pœ- Genes. 3  
nam peccati , deinde Christianis à Christo Matth. 16

crux

Matt. 16 crux imposta est. Iuxta illud, Si quis vult post me venire, tollat crucem, &c. Hæc autem duo, labor & crux, cum in se sint grauia, tamen grauiora fiunt, immo duplo, cum accesserit animi tristitia, quæ omnium maximè oritur ex cura & sollicitudine: hanc itaque auferre crebro conatur, vt leuiora fiant crux & labor. Noli autem eam sententiam sic intelligere, quasi dicta sit in favorem eorum, qui optimam vitam ducunt, vacare delitiis, &c. Hæc enim non docentur in schola Christi, sed Epicuri. Præfert autem moderandum usum rerum sine sollicitudine futurorum, omnibus aliis quæ homines magni æstiment. Ceterum etiam vtitur emphasi verborum. Primò enim dicit, Hoc sibi videri bonum. Secundò addit, hanc esse partem nostram. Creaturæ enim ideo creatæ sunt, vt consolationi nobis sint, non vt crucient: Nos autem cura nostra facimus, vt plus crucient quam consolentur. Tertiò dicit esse donum Dei, verissima certè sententia. Obserua autem, quod Salomon non tantum loquitur vt mundanus, sed vt concionator, nec tantum hoc agit, vt corpus bene habeat, sed maximè vt animo bene sit. Exemplo igitur cibi & potus, alias & quidem maiores animi delicias intelligit, quæ maximè querendæ sunt.

funt. Quia enim adeò crassi sumus, quod spiritualia & æterna intelligere non possumus, nisi sub imagine rerum corporalium, frequenter scriptura sacra per externa nobis adumbrat interna & spiritualia. Sic Esaias volens prædicere insignem sub Esa. 2 regno Christi pacem & concordiam, dicit: Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Idem volens indicare insignem illam securitatem conscientię sub Christo, quod in eum credentibus nihil amplius nocere possit, neque peccatum nec mors, res externas proponit. Habitabit (inquit) lupus cum agno, &c. Non nocebunt, &c. in vniuerso monte sancto meo. Sic Ioannes describere volens futuræ Apoc. 21 vitæ iucunditatem, insignem quandam depingit ciuitatem, ex auro & gemmis, &c. Sic Salomon per eam consolationē, quam homo ex cibo & potu percipit, innuere vult veram cordis lætitiam, qua nihil maius est. Ea autem tunc acquiritur, cum Deus qui summum bonum est, possidetur. Deus autem per solum Christum vel fidem in Christum acquiritur. Hoc igitur optimum est, omnib[us]que aliis præstat. Deinde vere pars nostra est, pro hac vita, quam deinde sequetur perfecta beatitudo. Quam diu igitur hanc veram cordis lætitiam non appre

apprehenderis, scito te nihil adhuc laboras-  
se homine Christiano dignum. Hac enim  
est pars nostra, hoc opus nostrum, &c.

**E**t omni homini, cui dedit Deus dinitias at-  
que substantiam, potestatemque ei tribuit  
ut comedat ex eis, & fruatur parte sua, lete-  
turque de labore suo. Hoc est donum Dei. O-  
1. Cor. 12 mnibus dat Deus. Iuxta illud: Dividens sin-  
gulis prout vult, sed non omnibus dat ut  
bene utrantur datis. Omnibus propositum  
est Euangelium, & sacramenta aliisque do-  
na, sed quotusquisque est qui bene his uti-  
tur? Verè igitur donum Dei est si nedum  
dona habemus, sed etiam usum, immo fru-  
ctum donorum.

**N**on enim satis recordabitur dierum vite  
sue, eo quod Deus occupet delitias cor  
eius. Qui enim Deum ipsum possidet, is  
non figit oculos in ipsa dona, sed in dato-  
rem. Vnde fit, ut bene eis utatur. Deinde  
non attendit externa mala, sed internam  
dulcedinem cordis, & spiritualia bona.  
Denique & in mediis procellis tutus & se-  
curus est, qui eum habet qui omnia mala  
2. Cor. 6 potest auferre. Hinc Paulus: quasi tristes,  
semper autem gaudentes, &c. Et iterum,  
Rom. 8 Si Deus pro nobis, quis contra nos? Hinc  
sancti cum gaudio etiam in tormentis per-  
stiterunt, &c. Summa, qui Deum habet,  
non

non  
rit  
vitæ  
bet

P

Ne  
hic,  
la n  
seri  
nos  
Im  
len  
uer  
Ha  
eg



ei  
te  
tr  
ne  
fo

non recordatur dierum vitæ suæ, non quaerit longam vitam, non terretur breuitate vitæ, non deiicitur miseriis huius vitæ, habet enim gaudium in corde.

## CAPUT VI.

**P**ersistit adhuc in recensendis malis, quæ comitantur diuitias, si plus aequo diligantur. Neque usquam alias copiosior est in verbis quam hic, non quod delebetur nobis impropere mala nostra, sed ut fortius moueat. Correptiones scriptura non ad infamiam nostram fiunt, sed ut nos ipsis admoniti erubescamus, & emendemur. Imò certissima indicia diuina erga nos benevolentie sunt, quod in necessitate tam promptè subuenit, & tam fideliter præmonet à periculis. Hæc enim sunt indicia veri amici. Noli igitur agrè ferre domini correptiones, &c. Propterea

**E**t aliud malum sub sole, & quidem frequens apud homines, Vir cui dedit Deus diuitias & substantiam & honorem, & nihil deest anima eius, ex omnibus quæ desiderat; nec dedit ei præstatem Deus, ut comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. Nihil verorum bonorum consequi potes sub sole, sed supra solem ea inuenies. Supra solem autem es, dum

**Phil.** 3 dum in Christum credis. Iuxta illud: Nostra conuersatio in cœlis est, &c. Nunc enim fide & spe supra solem ascendimus, ascensuri etiam ipsa re post mortem. Iuxta illud: Scimus quoniam si terrestris domus hec dissoluitur, quod adificationem habemus in cœlo, &c. Verè autem frequens malum est quod hic ponit, nam & omnes historiæ in modo totus mundus plenus est exemplis. Alij diuitiis, &c. abundant, sed non audiunt eas attingere, sunt sicut canis super feno, &c. Alij diuitias habent, &c. sed deest ipsis sanitas, ut non possint uti rebus. Alij diuinarum & honorum satis habent domi, sed eas relinquentes, laboribus & periculis alia expetunt, ut sunt nobiles & mercatores. Alij magnis laboribus diuitias & honores acquirunt, & cum his uti incipiunt, moriuntur. Exemplo sint Iulius Cæsar, Alexander magnus, Nabuchodonosor, Balthasar, Aman, &c. Verè igitur vanitas & magna miseria est, rebus tam incertis tantos labores impendere. Habet autem emphasis quod ait: Vir cui dedit Deus diuitias, &c. Scriptura enim omnia Deo attribuit, quæ habemus vel per media, vel immediate à Deo. Sic Dauid, Omnia à te expectant, ut des illis cibum in tempore: dante te illis, colligent, &c. Qui hæc atten-

attendit nunquam Dei obliuiscetur, nunquam Dei dona sibi appropriabit, semper gratus erit, nūquam eisdem male vterur. Signanter autem ea hic nominat, dicitque à Deo dari, quæ maximè nostris conatibus consequi nos putamus, nempe diuitias & honores. Verū erramus. Non enim est voluntatis neque currentis, sed miserentis Dei. Nec vñquam quæ hic nominantur feliciter cedūt, nisi è Domini manu ea accipias. Sed nec hoc emphasi caret, quod subdit: Nec dedit ei potestatem ut comedat ex eo. Deus enim nedum ipsa dona dat, sed etiā usum & fructum donorum. Vult enim, ut nedum in ipsa rerum acquisitione in eum aspiciamus, sed etiam post acceptas res, sicq;e dicamus: En domine Deus, habeo quod querebam, sed sine te nihil prōderit. Quod quia mundus non facit, sed statim cùm habet quod querebat, obliuiscitur Dei, confiditque in donis. Iusto igitur Dei iudicio, eorundem fructu priuatur. Emphaticum est & illud, quod avarus non comedit de suis, alienus autem vorat ea, verè miseria magna. Vult igitur docere Salomon. Primo, ut in acquisitione rerum, non tibi persuadeas, te satis habitum, si ea consequi possis quæ desideras. Vana enim est hæc cogitatio. Nunquā satis habe-

bis, ex rebus ipsis, nisi Deum habeas. Secundò docet, ut ab ipso Deo nedum petamus res ipsas, veūm etiam vsum & frumentum earum. Tertiò ut maximè contendamus ad hæc bona, quæ semper manent,

**Mat. 6** quæ nec rugo nec tinea demolitur, nec fures effodiunt, &c. Hinc in Osee dicitur: Seminate ad iustitiam, & merite in ore misericordiarum, tempus autē requirendi dominum, &c. Allegoricè: Frequēs est hoc malum in rebus spiritualibus. Habebant Iudei diuitias & gloriam, cùm inter eos versaretur Christus Filius Dei, sed iusto Dei iudicio nihil fructus inde habebant. Iuxta illud,

**Ez. 6** Aure audietis, & non intelligetis. Habent etiam nunc diuitias, scripturas scilicet sacras, vnde nos reficimur, sed nihil inde co-

**Mat. 21** medunt, quia dictum est: Auferetur à vobis regnum Dei, &c. Idē plerūque & nunc in Ecclesia cōtingit, quod quidam habent scientiam, &c & tamē non inde consolantur nec ædificantur, non videat Christum in scriptura. Horrendū iudicium Dei hoc est, ex ingratitudine nostra proueniens. Agnoscamus igitur ingratitudinem nostram, & quod tam diu Dei donis abusivimus, & restituem nobis benedictionem suam.

**S**i generit quis centum filios, &c. & anima eius non retinet bonis substantiæ suæ, sepultus

rā; careat de hoc ego prouidio, quod melior illo  
 sit abortivus. Exaggerat adhuc miseriā dūlā  
 tis auari, ut omnes nos ab auaritia deter-  
 reat. Planissimē autem ob oculos ponit, ni  
 hil perniciosius esse auaritiae, ut quae om-  
 nia Dei dona nobis inutilia facit. Sic supra  
 docuit, quod auaritia inutiles nobis red-  
 dit diuitias, priuat delectatione cibi & dul-  
 cedine somni, adducit nōnunquam periculū  
 vitæ, ut interim taceam quod animā dam-  
 nat. Sic nunc alia duo Dei dona enumerat,  
 quae similiter auaritia nobis inutilia facit,  
 nempe proliferationem & vitæ longæuita-  
 tem. In ligno Dei donum est procreatio li-  
 berorum. Hinc Abraham ceu magnum Gene. 15  
 quid promittitur multiplicatio seminis.  
 Et Iacob Iosepho suo precatur benedictio Gen. 49  
 nes vberum & vulux. Et David beatum Psal. 127  
 dicit eum, cuius vxor est sicut vltis abun-  
 dans in lateribus, domus suæ, &c. Nec so-  
 lum Dei donū est in se, sed & ad multa cō-  
 ductibile. Qui enim habet liberorum copiā  
 simul etiam habet vberimās materias, in  
 quibus Deo seruiat, eiisque voluntatem  
 perficiat. Hoc autem bono seipsum priuat  
 auarus. Primo enim cum omnia animalia  
 exhilarent fœtus sui, solus auarus inde tri-  
 statur, ac tātū nō desperat, si plures filij ei  
 nascātur, quasi nō qlibet puerorū Deū suū

atque adeò nutritorem suum secum portet. Verùm ut hoc non sentiat auarus, facit incredulitas cordis. Propterea quò plures pueros habet, cò infelicius seipsum curis & laboribus excruciat. Secundo, cùm tantum filii suis temporalia etiam vndeunque parta accumulate studeat, ipsorumque animas negligat, nihil aliud in filiis suis lucratur quam infernum, in quibus potuerat mereri cælum. Quia igitur auarus hoc dono Dei indebitè vtitur, imò nō agnoscit Dei donum esse, iusto Dei iudicio sit, vt in filiis suis non iocundetur, imò non nunquam ab ipsis iniciatur, aut alibi moriatur non domi sive, imò & sepulchro suo careat. Econtra autem pius ille Deum agnoscit in liberis, laborat & agit quod ad se pertinet, reliqua committit Deo vero patri: Is iocundatur in filiis, huic & abundè Deus omnia suppeditat, &c. Sic Jacob Deum timens, in tantum benedicitur à Deo, vt ipsemet miretur. In baculo (inquit) trâsiu Iordanem, & nūc cù duabus turmis regredior. Sic speciale Dei donū est longæuitas vitæ. Nā &

*Gene. 32.* obseruacibas legē promittitur: Honora (inquit) patrē & marrē, vt sis longæuus super

*Exod. 20.* obseruacibas legē promittitur: Honora (inquit) patrē & marrē, vt sis longæuus super

*Dent. 6.* terram. Et iterū, Audi Israël, &c. vt prolongetur anni tui. Præterea, hoc Dei dono pius homo fructuosè vtitur. Quò enim diutius,

rius viuit, eò magis thesaurizat sibi thesau-  
ros in cælo. Hoc autem Dei donum auari-  
tia corruptit & inutile facit. Auari enim  
longa vita nihil est, nisi lōga miseria. Præ-  
terea cum eam ipsam vitam in sola tempo-  
ralia expendat, nihil ei prodest ad futura  
bona. Vides igitur quāta sit pernicies auar-  
itiae, quæ omnia Dei dona corruptit. Re-  
cte igitur Salomon abortivum prafert  
auaro. Quas enim conditiones habet abor-  
tivum, eadem habet & auarus, imò peio-  
res. Primò enim frustra in hoc mundo vi-  
uit, cum enim habeat diuitias, gloriam, si-  
rios, longam vitam, non tamen eis fruitur.

**F**RUSTRA autem venit & pergit ad tenebras,  
& obliuione delebitur nomen eius. Non vi-  
dit solem neque cognovit distatiam boni & ma-  
li, etiam si duobus millibus annorum vixerit, &c.  
Hæc sunt stipendia auaritiae. Ceterum,  
quod nos legimus. Frustra venit, alij ha-  
bent. Venit in vanitate, id est, nudus & ex-  
eius venit in mundum. Pergit ad tenebras,  
& in tenebrisabit, quia non considerat  
nec se, nec suam conditionem, nec finem.  
Tertiò obliuione delebitur nomen eius: ni-  
hil enim dignum gerit neque memorabi-  
le, ne quidē apud familiā suam, nisi quid  
dicitur de eo: Neque sibi nec alijs viuit.  
Quartò non videt solē, non cogitat quām

bona res sit, lux, sed nec videt ullam creaturam, ut ea fruiatur, & bene utatur. Perit apud illam omnis consideratio beneficiorum & creaturarum Dei. Nihil cogitat, miratur, suspirat, nisi pecuniam. Quinto, non habet discretionem boni & mali. Malum dicit bonum, & bonum malum. Vel ut alij transferunt, nec quiescere nouit, hic aut alibi: hoc est, nec in praesenti nec in futura vita. Sexto, etiam si duobus millibus annis vixerit, non tamen ei bene est, verè miseria magna. Septimo, omnia ad unum locum properant, hoc est, quantumvis diu vivat, tantum ad communem omnibus metam properat, mortem scilicet. Vides ut exageret illam miseriā auari. Omnia autem contrario se habent cum piis. Felicissimus igitur est, qui timer dominum: is enim raptus in breui, explet tempora multa, &c. Totum hunc textū aliqui eō trahunt. Primo, ne quis confidat in multitidine liborum, quādoquidem vsu venire cernimus, quod tēlis aliquando miserē & absque sepulchro intereat: hoc est, in honeste ac cum summo dedecore, quemadmodum Achab turpiter periit, & multo turpius septuaginta filij eius. Secundo, ne quis confidat in longitudine vitæ, quandoquidem mors est vagago, vniuersa sub sole existētia absorbēs,

Allegor

Esa. 5

Sapiens. 4

4. Re. 10

Allegoricè. Melior est abortiuus, Gentilis  
populus, quam Iudei, qui sibi in antiquita-  
te placebant, dicentes: Abraham pater no- Ioan. 8  
ster, &c. Moraliter autē docemur, ne quis  
sibi sufficere putet sanctitatem vel patrū,  
vel filiorum. Vnusquisque enim animam Exod. 14  
tantū suam saluabit.

**O**mnis labor hominis in ore eius, sed anima  
eius non implebitur bonis. Hactenus in  
speciali quādā hominū vanitates notauit,  
maximè circa bona temporalia: Nunc autē  
incipit iterū in generali loqui de hominū  
vanitate, tū ne qui notati sunt indignētur,  
se solos notari: tū ne alij sibi placeat, & mū  
dos se esse putent. Vtrunq; enim præcauē-  
dum est prædicatori. Poteſt autē intelligi  
ſentētia hæc, vt sit generalis correptio no-  
ſtræ negligentiae, quod nos cùm ſimus ho-  
mines ratione prædicti, tātū laboramus pro  
ore, hoc eſt, pro temporali viētu, nihil curātes  
de anima. Nō dānat tamē laborem pro vi-  
etu, ſed q̄ tātū pro viētu laboramus. Poteſt  
ſecūdō intelligi hæc ſententia, vt ad solos  
auaros pertineat. Labor ſiquidem externus  
ordinatus eſt ad ſuſtentationem vitæ na-  
turalis. Verū auarus non pro neceſſitate, ſed  
ex cupiditate laborat: non pro ſufficientia,  
ſed pro affluentia. Paruo labore acquireti  
poſſunt neceſſaria viētus, ſed anima non

satiatur, non contenta est necessariis, sed  
maiora querit, ideo & labores sibi accu-  
mulat. Avaritia igitur causa est, quod tan-  
tum laboramus, quantumvis aliud prae-  
dimus. Vide quam pulchre conscientias nostras  
ferit, sed timendum tamen, ne in nobis im-  
*Hiere.* 5 pleatur illud: Percussisti eos, & non dolue-  
runt, &c. Potest & aliter intelligi locus iste,  
ut haec sit literæ sensus. Omnis labor, &c.  
hoc est, omnibus hominibus labor pro suo  
cuiusq; modo dimensus est. Est enim phra-  
sis Hebræa: Secundum os, id est, secundum  
modum & dimensum ipsorum. Vult autem  
quod certum laborem habeat quisque ho-  
mo. Deus enim tribuit hominibus sanguis  
suum laborem pro suis viribus secundum  
suam vocationem. Aliter puer, aliter vir, aliter  
magistratus, aliter subditus, aliter vir,  
aliter mulier laborare deberet. Vult igitur, ut  
quilibet suum negotium agat, alia aliis re-  
linquens. Hoc autem non attendit hominum  
vanitas. Anima enim non satiatur, negligit  
suum opus, & in alieno est occupatissima,  
itaque neutrum recte facit. Quilibet putat  
se melius facturum, si esset huius vel huius  
status, & interim negligit sua. Hinc est ta-  
ta rerum omnium deordinatio. Potest etiam  
illa phrasis Hebræa aliter intelligi,  
ut sit sensus. Omnis labor hominis secun-  
dum

dum os eius, hoc est, secundum ingenium eius. Qualis enim quisque est, tales sunt & afflictiones, & cætera id genus accidentia quæque. Ut quisque habet palatum, ita ad blandiuntur ei cibi. Et quale quisque per specillum oculis præfigit, taliter omnia obiecta respondent. Sic mundis omnia mū da, Et diligentibus Deum omnia cooperā tur in bonum: Immundis autem omnia in quinata sunt, &c. Sic pius etiam sub cruce & in tribulationibus gloriatur. Summa, qualem quisque animum ad ea quæ fortis accedunt, adfert, talia sunt universa quæ accidunt. Quamuis igitur nemo nō accidētes afflictiones accusat, nec quisquam culpam in seipsum torqueat, verissima tamen est sententia, Neminem nisi à seipso lædi, Quod igitur nūc hoc, nūc illud grauat, nō in rebus ipsis culpa est, sed in nobis, nempe quod anima nostra Deo vacua est. Vis igitur ut omnia bene succedāt, cura ut bonus sis. Vis ut nihil tibi molestiam ingerat, eu- ra ut Deo plena sit anima. Ad hoc autē non aliter pertinet, quam per Christū. Quisquis igitur hunc ceu per specillum oculis præfigit, is videbit sub afflictione requie, sub cruce gaudium sub morte vitam.

**Q**uid habet amplius stulto sapiens, et quid pauper, nisi ut perga illuc ubi est vita?

In hac sententia docet, ne quis propter Dei dona superbiat, aut alium contemnat. Itēque, ne quis propter paucitatem donorum deiiciatur. Insigne quidem Dei donum sapientia, sed non inde gloriandum est. Non enim eo meliores, nec eo minus morieris. Præcellisti tu hoc dono, habet & aliis quod tibi deest. Si videris stultum, scito ideo tibi datam sapientiam, ut eum iuues. Sic grāue onus est paupertas, sed non ob id despōndendus animus. Neque enim ob id minus propitiū habes Deū. Imò quod paupe-  
rior, eò securior, agilior & minus impedi-  
tus incedis. Pauperū hæc summa sit conso-  
latio, quod quantumuis careant diuitijs,  
tamen æquè habeant, & habere possint spi-  
ritualia bona, Euangelium scilicet, grā-  
tiam, cælum, vitam, Deum ipsum. Alij sic  
transferunt: Quid prodest pauperi, quod  
scit ambulare coram viuentibus? Et secun-  
dum hoc Salomon hic loquitur in perso-  
na stultorum, hoc est, carnalium. Carnalis  
enim homo sapientiam ob id minus asti-  
mat, quod videt sapientibus eadem acci-  
dere, nempe aduersa & mortem, &c. quæ  
stultis. Item, quod videt plerosque sa-  
pientes pauperrimos esse, cùm alijs stolidi  
diuitiis abundant. Sed in utroque errat,  
Non enim ob huiusmodi externa minus

æfij

æstimanda est sapientia. Alij hanc sententiam ad superiora applicant. Per sapientes siquidem intelligunt carnaliter sapientes, per stultos autem proteruos & audaces, ut sit sensus: Vt terque habet suum dimensum laborem, extra quem nihil efficiet. Potest quidem alter dicere vel cogitare multa se effecturum, si esset in magistratu, verum si esset magistratus, nihilo plus efficeret quam efficit is, qui nunc iudicat.

**M**elius est videre quod cupias, quam d' fide rare quod nescias. Secundum literam sensus est: Melius est videre per fidem vitam æternam, quæ verè ab omnibus desideranda est, quam desiderare quod nescias, hoc est, notitiam futurorum contingentium, quæ non decet te scire. Hieronymus sic transtulit: Melior est aspectus oculorum supra ambulantem in anima. Vel melior est, &c. quam vagari animam. Sensus est: Melius est frui presentibus, quæ in cōspectu sunt, quam vagari animam cupiendo, alioqui sicut canis æsopicus sequeris ymbram, amittes carnes. Sicut Deus vidit Gene. 6. cuncta quæ fecit, & erant valde bona, hoc est, lætabatur in eis, placebant ei, sic pio placent quæ donauit & presenter tribuit Deus impiorum autem anima semper fluat. Si habent pecuniam, non vnguntur, sec

sed cupiunt alia , sic de vxoribus , sic de regno , &c. Sic mercator laudat militem , & econtra: Senex iuuenem , & ecōtra. Nemo potest sua bona cōsiderare , quæ si facerent , non affectarent aliena. Nam si senes vide rent iuuentutis incommoda , non affectarent iuuentutem , & econtra. Sic ipsi Absalon non satis erat , quod habebat , sed alia petens perit. Idem contigit ipsi Amam

**Pro. 23** sub Assuero. Hinc sapiens monet , Ne erigas oculos tuos in opes , quas habere non pōtes: facient enim fibi alas & fugient , &c. Contētus esto præsentibus , pro quibus ipfis fortasse nondum Deo gratias egisti.

**Mat. 25** Esto fidelis & diligens in modico , & maiora accipies. Sunt qui putent , Salomonem hæc verba dixisse in persona carnalium , qui iudicant melius esse , si oculos suos prō libidine in rerum præsentium voluptate pascant , quām laborare pro acquisitione futurorum & verorum bonorum , quæ apud ipsos incerta sunt. Sed vana & impia est hæc carnalium cogitatio: Illæ enim oculorum illecebræ , non multum durant , &c.

**Q**ui futurus est , iam vocatum est nomen eius. Sunt qui hoc de Christo expoununt , qui tunc quidem futurus erat , sed tamen iam à Prophetis & nominatus & cognitus erat , qui sciebant eum hominē futurum

rum, & secundūm hoc pātre minorēm, cui secundūm diuinitatēm æqualis est, & cæt. Verūm hæc expositio non quadrat ad hunc textum. Non enim hic disputat Salomon de impolluta Christi humanitatē, sed de generali hominum vanitatē. Obserua autem quod aliqui per interrogationem hoc legunt. *Quis futurus est?* Quasi dicat: Si perfectè videre cupis hominis vanitatē, attende quid sit homo, quid fuerit, quid futurus sit. Fuere olim magni quidem herōes in mūdo, qui vel à seipsis vel ab aliis dij putabantur, sed nunc videmus, quod homines fuerunt, quemadmodum & nos sumus, & futuri sunt sequaces nostri. Optima igitur & vtilissima scientia est, nosse seipsum. Vide autem, quām pulchrè hominis conditionem describat.

**I**am vocatum est nomen eius. Prima hominis conditio, quod frustra vagatur suis opinioib⁹ & curis, dum multa conatur & immoderata cupiditatis. Nihil enim efficit, nisi quod seipsum magis ac magis affligit. Cuius ratio est, quia iam constitutum est, quid ei euenire debeat, & quod sit nomen consecuturus, & vltra hoc non poterit. Deus discreuit & præordinavit omnes homines certissimo limite, quando nascituri, quando morituri, quo nomine  
appel

appellādi, quo officio sint functuri. Nihil igitur efficies tuis curis. Quæ Deus dona. re decreuit, ea euuenient, nec quisquam im-

**Genes. 37** pedire potest. Sic fratres Ioseph non potuerunt, impedire, ne exalteretur super eos, quia iam vocatum erat nomen eius. Sic

**I.Reg. 16** Saul non potuit impedire Davidem à regno, quia vocatum erat nomen eius. Econtra quæ Deus donare non decreuit, tu nunquam acquires tuis curis. Sic Saul & Roboam & Isboseth non potuerunt reducere regnum ad se, quia iam vocatum erat nomen eius. Vult igitur Salomon, ut quisque in sua vocatione procedat & laboreti curam autem & effectum Deo committat. Si diuitias & honores tibi vel filii dare voluerit, accipe eos, & gratias age: Sin autem, dic: Fiat voluntas tua, tantum age tu quod tuum est & habebis cor quietum.

**E**T scitur quòd homo sit. Ipsa hominis nomenclatura, ipsum prodit & conuinicit esse vanissimum. Statim enim auditio, quòd homo sit, scitur, eū esse omnibus miseriis plenum. Quid enim boni esse posset in homine, qui in ipsa statim radice infec-

**Genes. 3** Etus, immo maledictus fuit? Hinc scriptura

**Psal. 115** de ipso dicit, Omnis homo mendax. Item

**Genes. 6** Cogitationes hominis malæ sunt ab ado-

**Hier. 17** lessentia. Item, Cor hominis prauum est,

Hinc

Hinc & Prophetæ tam cōtempnū loquuntur de homine, vt Eſaias: Quiescite ab ho-  
mine, cuius spiritus est in naribus eius. Itē  
Aegyptus homo & nō Deus, &c. Item, Ho-  
mo putredo & filius hominis vermis. Cūm  
itaque vel ex ipso statim vocabulo intelli-  
gatur, quod homo sit egenum, impotens  
& calamitosum animalculum, quis dubi-  
tet hominis magnā esse vanitatem? Hinc  
apparet quām pulchrē nos hæc sententia à  
noſtri fiducia ad Christum depellat, vt eius  
viribus & auxilio ab hiſce miseriis eripiamur.

**E**t non posſit contra fortiorē ſe iudicio cō-  
tendere. Potest intelligi de iphis re-  
bus, quā fortiores ſunt, quā ut poſſint aut  
velint noſtri consiliis regi: conamur qui-  
dem ſedulo, ſed nihil efficimus. Vel potest  
intelligi de Deo, qui omnium fortissimus  
eft, contra quem nihil valet homo. Noli. Aēt. 9  
igitur contra ſtimulum calcitrare, ſed hu-  
miliare ſub potenti manu Dei. Tuum eſt  
ſequi Dei voluntatem, non autem econtra.  
Potest & tertio intelligi, de ipſo Dei iudi-  
cio, coram quo verè nemo conſtare po-  
tent, quemadmodum Iob dicit. Et Dauid Iob 9  
precatur: Non intres in iudicium cum ſer-  
uo tuo, quia nemo iuſtificatur in conſpe-  
ctu tuo. Nihil itaque ſecurius eſt, quām  
confel

Eſa.30

Iob 25

1.Petr.5

Iob 9

Pſal.142

confessione & invocatione præuenire iudicium, quod Iudei non facientes audierunt.

*Hiere. 2.* runt: Ecce iudicio contendam tecum, &c.

**V**erba sunt plurima, multumque in disputando vanitatem habentia. Phrasim Hebraica verba pro factis posuit. Iuxta illud:

*2. Reg. 1.* Quod est verbum quod factum est, &cæt.

Vno verbo explicat tantam esse hominis vanitatem, ut satis dici non possit, immo ut seipsum stultum esse iudicet, qui conetur omnes enumerare, hoc enim est quod su-

*Supra c. 1.* pra dixit: Imminutio non potest numerari.

## CAPUT VII.

**Q**uid necesse est homini maiora se querere? Hic textus noster incipit caput septimum, verum cum quæ hic dicuntur, cum supradictis condepndeant, magis arridet distinctio Hieronymi, qui hæc sexto capituli adiungit. Emphaticè autem loquitur, quasi dicat: Cum sis homo, vanitati subiectus habeasque à Deo constitutum & dimensionem laborem, nec possis contendere cum fortiori, quid igitur tanto studio ea quæris, quæ comprehendere non potes? cum possis te occupare utilioribus, &cæt. Verè magna vanitas hominum.

Cum

**C**umignoret quid conducat sibi in vita sua.  
 Alia miseria hominis, quod nunquam  
 sibi plus ratione potest inuenire, quid si  
 bì optimū sit, etiam ad præsentem vitam,  
 quantum minus ad vitam æternam. Sic  
 nonnūquā quis eligit statum aliquem,  
 officium aut negotium, ut sibi commodis-  
 sum, quod tamen in diuersum sibi ce-  
 dit. Sic Philosophi post longam concerta-  
 tionem inuenierunt, nihil utilius esse ani-  
 mæ hominis quam virtutem, copori au-  
 tem sanitatem, primò deinde fortitudinē  
 atq; formam, tertio diuitias. Sed utrinque  
 egregiè decepti sunt. Quid enim prodest  
 de umbraticis illis virtutibus multa dispu-  
 tare, cum nescierint quæ sit vera virtus?  
 Deinde quid prosunt hæc externa corpo-  
 ris bona, si anima vitiis & omnibus malis  
 plena sit? Non igitur ex ratione nostra, sed  
 ex verbo Dei discamus, quid nobis con-  
 ductat. Docet autem verbum Dei fidem o-  
 mnium maximè nobis utilem, quia Deum  
 nobis donat & proprium facit. Deinde  
 charitatem, quæ omnes homines nobis a-  
 micos facit, &c.

**N**umero dierum peregrinationis sue, & te-  
 pore quod velut umbra praterit. Alia mi-  
 seria hominis, quod nec suam ipsius vi-  
 tam scit quanta futura sit. Emphaticè au-

tem non annos, sed dies nominat, vt admo-  
neat breuitatis. Deinde addit, Peregrina-  
tionis, vt agnoscamus nos necdū in vera  
patria esse. Præterea tempus vitæ nostræ,  
vñbræ comparat, qua nihil vanius est.

**A** Ut quis poterit ei indicare, quid post eum  
sub sole futurum sit? Non loquitur de  
eo quod futurum est post hanc vitam, quam  
uis & hoc ignoret homo carnalis, sed de  
eo quod futurum est post horam & præ-  
sentium rerum usum. Magna moliebar-  
num ad effectum perducere possent. Imo  
in ipsis cogitationibus perierunt, &c. Qua-  
re ergo sic cogitationibus vexamur, cum  
futura nullo momento sint in nostra po-  
testate? Simus igitur contenti præsenti-  
bus, & committamus nos Deo, qui solus  
nouit & gubernat præterita & futura. Ha-  
stenus igitur Salomon satis destruere &  
euellere conatus est cōsilia, & vanos cona-  
tus hominum: Nunc incipit rursus ædifi-  
care & plantare quæ bona sunt. Hæc enim  
duo simul esse volunt destruere & edifica-  
re, imo etiam eo ordine quem Salomon  
hic obseruauit, nempe, ut prius mala de-  
struantur, & postea bonum ædificetur.  
**Hier.** Hinc ad Hieremiam dicitur: Posui ver-  
bum meum in ore tuo, vt euellas, &c. En-  
prim

primum, Ut ædifices & plantes. En secundum. Hunc ordinem obseruarunt omnes prophetæ & quotquot Dei verbum prædicauerunt, ut patet. Imò Deus ipse, ideo prius dedit legem quam Euangelium. Obserua autem circa ea quæ nunc sequuntur quod Salomon fermè ea commendat, quæ rationi stulta & contraria videntur, ut videamus sapientiam Dei, & sapientiam hominum, longè latèque discrepare: lux-  
ta illud, Non sunt viæ meæ viæ ve- Eze. 55  
stre, &c. et c.

**M**Elius est nomen bonum, quam vnguentum pretiosum. Nomen hoc loco famam significat, quemadmodum illic, & ubi dicitur Dauidi: Fecit tibi nomen grande, &c. 2. Reg. 7 Comparat autem nomen bonum vnguento dupli de causa. Primo enim per hoc, quod nomen bonum non tantum comparat, verum etiam præfert vnguento, quod apud Iudeos reputabatur interpretiosissima, ut patet in libris Regum. 4. Re. 20 Vult ostendere nihil melius esse in mundo, quam nomen bonum. Id quod & olim veteres Romani quoque senserunt. Nec vñquam Roma magis floruit, quam cum nomen bonum omnibus aliis rebus præferebatur: tunc enim omnes studebant iustitiae. Statim autem ut pecunia & volu-

ptates in pretio haberi cœperunt , omnis  
ille nitor Romani floris paulatim defe-  
cit. Idem contigit in Ecclesia,&c. Nunc  
autem eō dementiæ peruentum est , vt di-  
uitias, voluptates,&c. et. ambiamus omnes,  
nihil curantes quā mala de nobis dicantur  
& videantur. Secundò , quod nomen  
bonum non gemmis & auro , sed vnguen-  
to comparauit , ideo fecit , vt ostendat fru-  
ctum boni nominis. Sicut enim vnguen-  
tum aromaticum latè diffundit odorem , &  
nonnunquam totam domum replet , vt est  
apud Ioannem : Sic bona fama ad omnes  
vicinos pertingit , plures recreat & ædifi-  
cat , atque ad bona excitat. Verū cum no-  
men bonum tam utile , tāmque in se excel-  
lens donum sit , tamen difficulter acquiri-  
tur & facile perditur. Sunt qui plurimum  
quidem cogitant de bono nomine. Alij  
seipso laudant aut adulatores subornant ,  
sed his mediis non acquiritur nomen bo-  
num. Alij magna moluntur & heroica  
facta , vt nomen sibi apud posteros faciant:  
Et hi quidem nomen acquirunt , sed non  
bonum nomen. Quid enim prodest etiam  
si dicaris egregius bellator aut ædifica-  
tor , &c. Nomen autem bonum tunc ac-  
quiritur , si studeas irreprehensibilis esse  
corā Deo & hominibus. Sic Paulus docet:

Com

Commandantes nos ad omnem conscientiam hominum in conspectu Dei. Irreprehensibilis autem efficeris coram Deo per fidem in Christum, & charitatem ex fide consequentem. Irreprehensibilitate coram Deo viuis, si in præceptis Dei ambulas. Irreprehensibilis coram proximo, si ita viuis, ut sana conscientia nihil mali de te possit quis dicere. Impossibile quidem est, ut detractatione careas, qua nec Christus caruit, sed possibile est sic viuire, ut detractorem illum tuum sua ipsius conscientia arguat. Econtra sunt qui retinere sibi nomen bonum posse putant si omnia excusent, quæ contra eos dicuntur, sed hoc modo nunquam quietem adipiscuntur. Excusare quidem nulli prohibatum est, sed plerunque frustra fit: hinc nec Christus quicquam contra se dictum excusauit, quantumvis imperteretur, nisi si quando infamia vergeret in blasphemiam Dei, vel contemptum verbi Dei, ut cum dicerent eum dæmonium habere, &c. Hic *Ioan 8* enim non tacuit, in aliis autem omnino tacuit, nobis dans exemplum. Alij famam seruare nituntur vlciscendo se de detractoribus, & hi plus damni sibi ipsi faciunt quam detractor fecerat, quia sponte prolixiunt patientiam Deumque ipsuum:

i. Pet. 3 Conuicium cōuicio retaliare prohibitum est. Per hoc igitur solum bona fama seruat, per quod & acquiritur, nempe per iustitiam & probitatem. Nunquam melius potes detractorem confundere, quam si fludeas probitati. Si obiicit quod vel à parentibus vel à defectu natalium habes, cura ut hanc labem compenses bona vita. Si obiicit quod malè fecisti, emenda: Si falso obiicit malum, cura ut eum bonis operibus confundas. Hoc modo Ioseph & alij suam infamiam depulerunt, non excusando, sed iustitiae studendo. Vult igitur Salomon hoc verbo docere, quod nihil melius sit in mundo, quam vera iustitia, ea enim facit nomen bonum coram Deo & hominibus, secundò hoc verbo nos ad omnia bona opera extimulat, tertio confortat hoc verbo eos, quos hominum ingratitudo perturbat, quasi dicat: Noli ob id cessare. Si mundus est ingratus, tamen inde acquires nomen bonum, quod tibi erit utile, aliis odoriferum & ædificatoriū, quemadmodum & Paulus Christi bonus odor sumus.

**M**elior est dies mortis die natiuitatis. Et hoc dictum pugnat cum ratione nostra. Mundus tripudiat in ortu hominis, imò & natalitia sua celebrant impij, vt

pi, vt Pharao & Herodes, sed verum inue- Matth.14  
 nitur, quod hic dicit Salomon. Obserua  
 autem quod non dicit, Melior est mors  
 quam vita, sed melior est dies mortis, &c.  
 Vita enim Dei donum est, Iuxta illud: In Gene.2  
 spirauit in faciem eius spiraculum vitae.  
 Mors autem peccati sequela est. Nam per Roma.5  
 peccatum mors, imo est ex veneno serpen-  
 tis. Hinc Sapiens, Deus mortem non fecit. Sap. 1  
 Melior est igitur, dies mortis die nativita-  
 tis. Primo, quia in die ortus omnibus ma-  
 lis subiicimur. Iuxta illud: Sicut auis ad vo. Job 1  
 latum, sic homo nascitur ad laborem. In  
 die autem mortis ab omnibus his libera-  
 tur, maximè pius homo. Secundo, in die  
 ortus etiam peccatis subiicimur, que in  
 nobis regnant usque ad mortem, hoc au-  
 tem pium hominem plus offendit, quam  
 externa mala. Verum mortis dies facit, vt  
 peccare caderéque amplius non possis. Ter-  
 tiò, in vita videtur homo magnum aliquid,  
 & cui tuto confidere possis, sed in mortis  
 die vides te in arenam redificare, dum in ho-  
 mine cōfidis. Aegyptus enim homo & non Es.30  
 Deus, &c. Quartò, dies ortus animam gra-  
 uat corpore mortali, quod verè piis ma-  
 gnum onus est, Paulo teste cum dicit: Infe-  
 lix ego homo, quis me liberabit de corpo- Rom.7  
 re mortis huius? &c. Ab hoc autem onere,

mortis die liberamur. Quintò, ideo melior est dies mortis, quia quò magis eam recognitas, ed magis ad Euangelium & Christum currere cogeris, quo quid utilius? Viades igitur verè dixisse Salomonem. Hinc est quod sancti diem mortis semper optarunt, ut Paulus. Hinc etiam est, quod eo die eorum memoria fit in ecclesia, quo moruti, non quo nati sunt.

**M**Elius est ire in domum luctus, quam in domum coniuij. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & vivens homo cogitat quid futurum sit. Et hoc à nostra ratione longè latèque dissidet, veruntamen ipsa experientia probat, verè dixisse Salomonem. Accipe enim hominem, qui vel debitis obstrictus sit, vel periculo aut paupertate pressus, is in domo cōuiuij debitorum suorum, periculi & paupertatis obliuiscitur, quo sit, ut non cogitet quomodo libertari possit, sed eadem auget. Huic verè melius erat ire ad domum luctus, &c. Idem contigit in spiritualibus. Melius est igitur ire ad domum luctus. Primo, quia in ea finis admonemur, &c. verè utilissima res, Eccl. 7 cogitare finem: Memorare nouissima tua, & non peccabis in aeternum. Hinc ubique scriptura sacra nos admonet futurorum, ut Psal. 81 cùm dicit: Dixi dij celi, sed sicut homines

nes  
gra  
mo  
ni  
me  
gi  
pe  
cl  
lu  
T  
Ie  
bi  
st  
e  
r  
t  
E  
n  
I

nes moriemini, &c. Qui igitur vivit vita gratia, cogitat quid futurum sit. In domo autem conuiuij non cogitatur finis, nimurum periculosisimè. Secundò, in domo conuiuij, hoc est, in prosperis, non cogitamus debita nostra, hoc est, peccata, nec pericula in quibus sumus, quo sit ut non clamemus ad dominum. In domo autem luctus, hoc est, in aduersis contrarium sit. Tertijò, In prosperis obliuiscimur Dei. Iuxta illud, Sedit populus manducare & Exod. 32 bibere, & surrexerunt ludere. Item, Satia- Hier. 5 sti eos, & moechati sunt. Item, incrassatus Deut. 32 est dilectus, & recalcitrauit, &c. Contra- rium autem sit in aduersis. Iuxta illud: In Osee 6 tribulatione sua manè consurgent ad me, &c. Quartò, per prospera fortificatur ca- ro, per aduersa autem deprimitur & im- peditur. Nulla alia re magis domatur ca- ro quam cruce, omnibus aliis Dei donis peior efficitur. Sicut igitur interno homi- ni nihil melius est, quam gaudere & abun- dè comedere de verbo Dei: Sic externo ho- mini nihil melius, quam domus luctus. Hinc Deus iam inde ab exordio omnes pios variis tribulationibus exercuit. Quin- tò, cùm omnia prosperè contingunt, mol- les efficiuntur, quo sit, ut vel modica tenta- tione vici labamur. Tentationibus autem

crebris fortificamur & duramur, vt possimus etiam maiora ferre, vt potest mortem, &c. Cum igitur Christiano semper incumbant pericula, non debet delitiis indulgeare, sed etiam tempore pacis dura aggredi, vt in tempore necessitatis non statim deficiat. Hinc Paulus vult, vt armis iustitiae muliti simus à dextris & sinistris. Sic Romani etiam in pace suos exercebant milites. Mollem enim ocio manum durus exasperat capulus, &c. Vide quantis bonis nos ipsos priuemus, fugiendo crucem vel abiiciendo eam.

**Matt. 5** *Melior est ira risu, quia per tristitiam rulatus, corrigitur animus delinquentis. Duplex est ira, Altera enim promanat ex vitiioso pectore, qua pertinaciter fastidimus fratres & in contemptum illorum prorum pimus, ac vindictam expetimus: hanc prohibet Christus & tota scriptura. Alia est ira, qua dolemus mala fieri, irascimur vitiis, non personis: corripimus, sed non ex vindicta. Haec verius dicitur zelus quam ira. De hac David dicit: Irascimini, & nolite peccare. Sic irascebatur Christus & sancti: De hac ira loquitur Salomon hic. Poteſt autem hoc dictum primò referri ad Deum, vt sit sensus, Melius est dum irascitur nobis Deus, quam dum nobis arridet,*

*Arridet*

Arridet autem Deus cum benefacit, irascitur dum punit. Dum enim blanditur, peiores efficiuntur: dum autem punit, ad nos revertimur. Sic filii Israel in propria terra idola adorabant, in captiuitate autem ad dominum recurrebant, ut patet in libro Iudicium. Hinc Esaias: Vexatio sola dat intellectum. Et iterum, Alienum est opus eius, ut faciat opus suum. Et iterum, Dominus mortificat & viuiscitat, &c. Potest etiam ad homines referri hoc dictum, ut sit sensus. Primo, melius est ut homini contingant quae eum perturbent, quam quae ad blandiantur, quia per haec cor in securitatem malam adducitur, per illa autem corrigitur. Secundo, melius est modesta & Christiana grauitate vitia corriger, ipsique irasci, quam ad omnia conniuere & ride. Tertio, melius est ducere vitam seueram & grauem, quam solutam. Qui enim Christianam habet grauitatem in verbis, vestitu & gestu, hunc alij verentur, huius etiam non sit dissoluta familia. Quartio, melius est sibiipso irasci, sua ipsius vitia arguere, quam sibiipso in viis blandiri.

**C**onsipientum ubi tristitia, & cor stultorum ubi latitia. Verè mirabilis concionator. Sicut enim haec tenus damnauit omnia

omnia ea quæ nos magni aestimamus , sic nunc nihil docet , quod non sit rationi nostræ contrarium. Nec mirum , cùm & sa-

**I. Cor. 3** pientia huius mundi sit stultitia apud Deū.

Et sapientia Dei sit stultitia apud mundum. Sicut autem supra pluribus ostendit , quæ sit optima vita , pro interno homine . nempe lætari , &c. Sic hic ad longum indicat , quid sit optimum carni siue extero homini , nempe crux & aduersitas. Veri autem concionatoris est , utriusque homini conuenientia assignare , quod qui nesciunt , nunquam bene docent , id quod nunc vel maximè experimur. Sunt enim aliqui qui extero homini plus satis onerum imponunt , sed interim non consolantur internum. Alij internum quidem egredi verbo Dei consolantur , sed interim vagari sinunt externum hominem , contra

**Eccle. 33** dictum Sapientis : Virga , onus , & papulum asino. Per sapientes autem hoc loco intelligit eos , qui ex verbo Dei sapiunt , per stultos autem , eos qui verbo Dei carent. Sicut igitur supra consuluit , melius esse ad domum luctus pergere , &c. Sic nunc eum sapientem dicit , qui hoc consilium sequitur , & econtra. Mundus sapientem iudicat , qui consulere potest : econtra autem stultum iudicat , qui consulere nescit. Salomon autem

autem sapientem iudicat, non qui bene consulit, sed qui bonis consiliis obtemperat: & econtra. Iuxta estimationem igitur Salomonis pauci sunt sapientes, quia pauci sunt, qui obtemperant sanis consiliis. Est autem sensus huius dicti. Primo, sapiens non attendit quam delectabilis sit res, sed quam utilis: quia autem luctus ad plura utilis est, ideo eum præfert ineptæ laetitiae. Econtra stultus non attendit quam utilis sit res, sed quam delectabilis. Ideo cum gaudium sit delectabile, omnibus aliis ipsum præfert. Secundo, cor sapientum ubi tristitia, quia sapiens eò vadit, ubi admonetur ad luctum, non ubi placentia dicuntur & carnalia docentur. Tertio, stultus tantum habet cor in prosperis, tunc enim fortis est & audax. In aduersis autem non habet cor, abiicit animum, fugit ex acie. Sapiens autem habet cor etiam in aduersis, fortiter enim ea sustinet, nec ob ea desperat. Sub mediis enim afflictionibus videt gaudium futurum, vider Deum patrem esse etiam dum flagellat. Iuxta illud: *Ira in indignatione eius, sed vita in voluntate eius.* Et item, *Dum iratus fueris, misericordia recordaris.* Item, *Cogitationes meæ cogitationes pacis & non afflictionis.* Hoc videns pius, robur concipit

*Eccle. 27* pit, nec despondet animum, etiam in mediis malis. Summa, Mutatis rebus mutatur stultus, non autem sapiens, sed idem permanet & consistit. Iuxta illud, Sapiens permanet, ut sol: stultus ut luna mutatur.

Obserua autem etiam hoc, quod Salomon non dicit, omnes eos esse sapientes, qui in luctu sunt, sed quorum cor in luctu est: Nec eos dicit stultos, qui in gaudio sunt, sed quorum cor in gaudio est. Multi enim sunt in luctu externe, sed tamen cor eorum non est in luctu, non enim patienter ferunt.

*Hesl. 14* Econtra multi externe sunt in gaudio, qui tamen cor non apponunt. Sicut Hester dicebat, Tu nosti, quod abominer signum superbiæ super caput meum.

*Ioan. 7* **M**elius est à sapiente corripi, quam stultorum adulatio decipi. Et hæc sententia cum ratione nostra pugnat. Omnes enim laudis cupidissimi sumus, econtra autem vituperij impatientissimi. Accedit ad hoc, quod eos amicos iudicamus, qui nos laudant: Inimicos autem qui arguunt, quemadmodum Christus ait: Mūdus me odit, quia testimonium perhibeo de ipso, quod opera eius mala sint. Contrario autem modo scriptura iudicat, nempe: Qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. Itemque, Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula

*Esa. 5* *Prou. 27*

oscula odientis. Hinc Dauid, Corripiat me psal. 140  
 iustus in misericordia, oleum autem pecca-  
 toris non impinguet caput meum. Achab 3. Reg. 12  
 nolens credere Micheæ salubriter monen-  
 ti, credens autem falsis Prophetis, & vitam  
 perdidit & regnum. Idem contigit Zede-  
 chiæ, imò toti populo Israel. Econtra, Da-  
 uid audiens correptionem ipsius Nathan,  
 & Deum sibi repropitiauit & pœnam eua-  
 sit. Signanter autem dicit, Melius est à sa- 2. Reg. 12  
 piente corripi. Stultus enim nescit salubri-  
 ter corripere, imò plus damni infert quām  
 utilitatis. Sapiens autem primò, in corri-  
 piendo bonam habet intētionem, mouetur  
 enim zelo charitatis, quemadmodum &  
 Deus, ideo lege sua nos damnat, ut ad Chri-  
 stum cōpellat, & ideo flagellat pios non  
 vt perdat, sed vt conuertat. Eadem ratione  
 sapiens corripit. Secundò, sapiens corripit  
 quidem, sed non calumniatur. Tertiò, sa-  
 piens in faciem obiurgat. luxta illud: Corri Matt. 18  
 pe eum inter te & ipsum solum, in absentia  
 autem eum laudat, vel saltē excusat. Sic  
 Christus s̄epe quidem obiurgavit Aposto-  
 los, semper tamen coram Pharisæis defen-  
 dit eos. Sic & sanctum Iob corā Satana mi- Job 1  
 xifice commendabat Deus, corā ipso autem  
 nihil non severum præ se ferebat. Contra-  
 rior modo agit diabolus. Nam coram Deo  
 nihil

*Apoc. 12.* nihil aliud scit, quam accusare homines, hinc & accusator fratrum dicitur. Coram homine se admodum amicum & blandum sicut, idem facit mundus & omnes impij. Hieronymus hunc textum sic transtulit. Melius est audire correptionem sapientis, quam canticum stultorum. Canticum autem stultorum vocat opiniones eorum, *iriedlein*, quale est illud : Venite fruamur, bonis, &c. Increpationes autem, sunt doctrinæ de rebus gerendis. Sensus igitur est, Etiam si stulti non audiant, non tamen ces-  
*Sap. 2.* sandum ab increpatione. Iuxta illud : Argue obsecra opportune, importune. Nec unquam committendum, ut propter impiorum obstinationem velis declinare à veritate, & placentia loqui.

*2. Tim. 4.* Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti. Risa significat totam vitam stultorum, quæ ipsos delectat, sed est tantum externa larua lœtitiae, non verum gaudium. Pulchre autem stultos spinis comparat, sunt enim omnino intractabiles, & ad nihil aliud utiles, quam ad ignem. Iuxta illud: Omnes palmitem non ferentem fructum tolleret eum, &c. Pulchre etiam vitam & risum stulti comparat ardentibus spinis. Ignis enim in spinis, subitus est, & valde crepat, sed euanius est, plus est ibi flam-

*Ioan. 15.* mæ  
cen  
son  
erg  
nō p  
cie  
bet  
ard  
bet  
tur  
ma  
eni  
& fe  
tio  
Lib  
imp  
tur  
moo  
vt i  
Ver  
Phi  
Dei  
tab  
sed  
cisi  
nub  
igit  
tuā  
ind

mæ quām ignis , minatur horrendum incendium , sed mox vbi cessat flamma & sonitus , ibi etiam ignis est extinctus . Ignis ergo spinarum siue veprium , non calefacit , nō penetrat , & tamen habet maiorem speciem quām ignis prunarum , qui non habet multum flammatæ , sed tamen maximū ardorem . Sic lætitia stultorum speciem habet , quasi sit perpetuò duratura , & putatur ibi tantum vixium esse , quantum flammarum , sed nihil minus est . Ad momentū enim letantur , mox veniunt aduersitates & franguntur , & omnia iacent in desperatione . Vidi impios exaltatos , sicut cedros *Psal. 32* Libani : transiui , & ecce non erat . Præterea impij non aliter nisi insano more latantur , sine timore domini , nullusque neque modus neque finis est illorum iactantie , ut illorū strepitus ab omnibus audiatur : Verū exiguo tempore durat . Exultabat Philistri capto Samsone , itemque arca *Iudic. 16* Dei capita , sed breui ad modū tempore . Exultabat filij Bējamin , fugatis decē tribubus , *Iud. 20* sed ad breue tempus , postea enim omnes occisi sunt . Ingētia moliebatur Iulianus , sed nubecula erat & citò transībar , &c. Vult igitur Salomō , ne plus a quo stultorū lætitia admirēmur , sed ut finē attendamus , deinde ut nō gaudemus sicut stulti gaudent .

**C**alumnia conturbat sapientem, & perdit  
**G**lobus cordis eius. Hoc dicto docet Salo-  
 mon. pleraque virtus in nobis latere, que ta-  
 men habita opportunitate se prodūt. Non  
**Hier.** 17 enim sine causa dictum est: Cor hominis  
**I. Cor.** 2 inscrutabile. Item: Nemo scit quid sit in  
 homine, nisi spiritus hominis, immo homo  
 seipsum nescit, videtur sibi probus, sed ha-  
 bita occasione cadit: videtur patiens, mul-  
 ta etiam potest sufferre preter calumniam,  
 hic se prodit natura. Nemo igitur de pra-  
 senti sua iustitia presumat, nec temerè  
 alios iudicet, quia quod in aliis arguis, in  
 teipso quoque latet. Deinde hic vides, qua-  
 ta pestis sit calumniator, qui etiam sapien-  
 tem conturbat, &c. Ut non abs re diabolus  
 dictus sit calumniator. Vult igitur nos de  
**Leuit.** 9 terrere, ne quis calumniam faciat proxi-  
 mò, iuxta preceptum legis. Nihil enim ma-  
 gis contrarium est Christianismo, qui ante  
 omnia charitatem exigit, legemque hanc  
**Matt.** 7 prescribit, Quod tibi vis fieri, alteri fa-  
 cias, &c. Tertiò, cù tam profundè penetreret  
 calumnia, patientiamq; & cor turber, vult  
 Salomon ut nos præmuniamus contra ca-  
 lumniam. Primò igitur cogitate esse in  
 mundo, qui aliter agere non potest. Secun-  
**Hebr.** 12 do, attende exemplum Christi, qui tantam  
 sustinuit à peccatoribus contradictionē. Si  
 in

In viridi ligno hoc faciunt, quid in arido *Luc. 23*  
fiet: Non est discipulus super magistrum. *Ioan. 13*  
Tertiò, attende ipsum Dei quanta homi-  
nibus beneficia largiatur, & quāta ab ipsis  
patiatur: si Deus ipse patitur & expectat, tu  
quis es qui recuses quicquā pati? Omnia  
maxime autem te præmuni oratione, &c.

**M**elior est finis orationis, quam principiū.  
Sic habet textus noster. Principium  
orationis est tristitia propter præsentia ma-  
la, quibus homo ad orationē propellitur.  
Iuxta illud: In tribulatione sua clamabūt, *Osee. 5*  
Finis orationis est lætitia, de adepta gratia  
& auxilio Dei. Hieronymus sic transtulit:  
Melior est finis, scilicet sermonis, quā prin-  
cipium. Dupliciter autē intelligitur. Prī-  
mō, quia qui audire incipit sermonem do-  
mini, is adhuc imperfectus est: qui vero ex  
trema audit, is consummatus & perfectus  
est. Secundō, quia dū in hoc seculo sumus,  
omne quod scimus tantum principium est,  
quia videmus nunc per speculū, &c. Cū au-  
tē venerit quod perfectū est, in nouissimis  
& consummati erimus. Si igitur tantā cō-  
solationē afferūt ea quæ nūc ex verbo Dei  
audimus, quanta erit consolatio, vbi vide-  
bimus quæ nūc credimus? Alij sic transfe-  
runt. Melior est finis negotij vel rei. Secū-  
dū hoc igitur verbū, hoc primō militat cō-

*1. Cor. 13**1. Ioan. 3*

Matt. 24.

tra eos, qui multa quidem incipiunt, nihil perficiunt, quo vitio nos Germani maximè obnoxij sumus. Principium feruer, medium teper, annis abhorret. Non autem qui incepit, sed qui perseverauerit saluus erit. Secundò, hoc verbum militat contra eos, qui rem à principio aestimant, nō autē à fine, cùm exitus acta prober. Qui turrim Babel à principio aestimasset, is iudicasset nunquam posse à quoquā destrui, sed finis aliud ostendit. Ecōtra qui Euāgelicū Christi negotium à principio aestimasset, is nūquam credidisset insigne aliquid futurum, sed exitus aliud ostendit. Sic qui vitā Christianam & pœnitentialem à principio aestimat, is eam nunquam apprehēder, cùm sit laboribus & miseriis plena. Sed finis attendens, hoc est, quid in futuro sequatur. Tertiò, hoc verbo consolatur eos, qui indignè ferunt mundi ingratitudinem, quasi dicat: Noli ob hoc frangi vel cessare, per seueratia coronat, expecta finem, perge tu, Deus dabit operis tui fructum.

**M**elior est patiens arrogante. Vulgus eū fortē iudicat, qui cum aliis congrederi audet, qui cgregiē se vlciscitur, nec vinci se sinit. Hinc est quod Ethnicorum libri tanto encomio celebrant Alexandrum, Iulium, Annibalem, &c. Mansuetiores

iunt, nihil  
 ani maxi-  
 ferueret, me  
 autem qui  
 rit saluus  
 at contra  
 nt, nō autē  
 ui turrim  
 iudicasset  
 i, sed finis  
 licū Chri-  
 set, is nū-  
 futurum,  
 vitā Chri-  
 acipio æstī  
 et, cùm sit  
 finis atten-  
 sequatur.  
 os, qui in-  
 nem, qua-  
 cessare, per  
 , perge tu,  
 vulgus eū  
 aliis con-  
 citur, nec  
 hnicorum  
 : Alexan-  
 ansuetio-  
 res  
 res autem qui non referūt aut malum pro  
 malo reddunt, molles iudicāt: At Christus  
 eos maximē probat, qui fortes sunt perfe-  
 rendo. *Q*ualis erat l'aulus, &c. Hinc Apo-  
 stolis dicit, l'otestis bibere calicem meum? 2. Cor. II  
Matt. 20  
 Regnum enim Christi, regnum pacis est,  
 imò regnum crucis, nec indiget Alexádris  
 & Iuliis, sed forti patientia. Melior est igit-  
 tur patiens arrogante. Primò, quia fortior.  
 Nam grauiissimum onus ferre potest, nem  
 pe damnum, iniuriam, calumniam. Sic Da-  
 uid fortius opus fecit, cùm patienter tulit  
 conuiciantem Semei, quām si eum occidis-  
 set. Secundò, melior est patiens arrogan-  
 te, quia impatiens saxe per crebra iurgia  
 omnia bona sua dilapidat, patiens autem  
 sua retinet. Iuxta dictum Christi: Beati  
 mites, quoniam ipsi possidebant terram. 2. Reg. 36  
Mat. 5  
 Item, Discite à me quia mitis sum, & in-  
 uenietis reuictum. Tertiò, melior est pa-  
 tiens arrogante, quia arrogans ille quò  
 plures impedit, eò plures contra se accusa-  
 tores habet coram Deo. Patiens autem  
 quò plura perpessus fuerit, eò similior  
 Christo efficitur, cui perfectè assimilari  
 certissima felicitas est.

**N**E sis velox ad irascendum quia ira in si-  
 nu stulti requiescit. Videtur haec sentē-  
 tia contraria esse ei, quod supra dixit: Me-

lior est ira risu. Verum supra dixit de ira  
externa, qua scilicet grauitatem & seueri-  
tatem ostendimus contra vitia, cum tamen  
charitas in corde permaneat. Nunc autem  
loquitur de ira interna, quæ contra chari-  
tatem est, nam irascitur personæ, & cupid  
vindictam, hanc prohibet. Est igitur sen-  
sus. Stulti habent iram in corde simul &  
foris, tu vero serua animum latum, exter-

Psal. 4 nè scelerus. Hoc idem docet Dauid: I rasci-  
& Ephes. 4 mini & nolite peccare. Et Paulus: Sol non  
occidat super iracundiam vestram. Et ite-  
Galat. 6 rum: Corripite eum, sed in spiritu lenita-  
Psal. 29 tis. Sic & Deus irascitur suis: Ira in indi-  
gnatione eius, & vita in voluntate eius. Si-  
gnanter autem prohibet præcipitem ira-  
cundiam, ea enim semper metam transgre-  
ditur, & plerunque agit, quod postmodū  
pœnitentia. Hinc & Philosophi quidam ira-  
ti cum essent, non puniebant seruos etiam  
malè meritos, sed vel differebant, vel aliis  
corrigendos tradebant. Hinc cuidam Im-  
peratori contra præcipitem iram hoc re-  
medium datum legitur, ut priusquam iram  
suam exequeretur, alphabetum Græcum  
recenseret, si forte interim ira quiesceret.  
Addit autem causam, cur fugienda sit ira,  
quia scilicet ira requiescit in sinu stulti.  
Quantumcunque enioi quis sapiens sit, ra-  
mea

men si facile irascatur, iudicatur stultus.  
 Christianum autem decet sapientia, longè  
 igitur absit ira, quæ stultorum propria est.  
 Iacobus aliam addit causam. Ira enim vi-  
 tri (inquir) iustitiam Dei non operatur. Ira  
 enim est furor brevis, aut rectius insanita.  
 Sicut igitur ille qui insanit, nihil rectè a-  
 gere potest, sic quem ira vincit, nihil bo-  
 ni agere potest. Atqui Christianum de-  
 cet bona agere etiam semper, fugiat igitur  
 iram.

**N**e dicas, Quid putas cause est, quicd pri-  
 ra tēpora meliora fuerūt, quam nūc sunt?

Sunt qui hunc locum sic exponunt: Ne  
 dicas tempus legis melius fuisse tempore  
 Euangelij. Hoc enim est Christo se ingra-  
 tum exhibere, imò blasphemum. Sunt e-  
 nim qui ob id putant tempus legis fuisse  
 melius, quòd tunc Deus cum hominibus  
 plerunque loquebatur, & miracula facie-  
 bat, quorum neutrum nunc facit, sed non  
 ob id tempus legis melius est tempore  
 Euangelij. Aliter, sic debes vivere, ut sem-  
 per præsentes dies meliores sint tibi, quām  
 præteriti: hoc est, ut semper proficias in  
 melius, nec vnoquām committas, ut præ-  
 terito tempore melior fueris quām nunc  
 es: alioqui dicetur tibi, Currebatis be-  
 ne, quis vos impediebat? Item, In spiritu

Gulat. 5  
Galat. 3

cōpistis, nunc autem in carne consummā-  
mini. Et hoc quidem rectē, sed ad literam  
videtur Salomon hic refellere vanas homi-  
nū cogitationes. Prīmō enim sunt, qui cū  
mundum ingratū sentiunt, iudicant prio-  
ribus temporibus non tam ingratis homi-  
nes fuisse, sed errāt. Mundus enim semper  
fuit malus. Quōd autem hoc nunc primū  
sentis, ratio est, quia crescētibus nobis, cre-  
scunt experientiæ rerum, & occasiones ira-  
scendi. Puer nō curat, quōd aliis aliū frau-  
dat, occidit, &c. sed suis nugis occupatur.  
Quando verò fit paterfamilias, sentit mo-  
leſtiam & infidelitatem familiæ, ibi irasci-  
tur, &c. Sic malitia mundi semper manet  
eadem, tametsi aliquo seculo magis erum-  
pit quam alio, sed hoc fit, quia alij subinde  
casus & maiores occasiones existūt. Sic Iu-  
lius cōcussit totum orbem, quia magna il-  
li erat occasio, quam si habuisset Esau vel  
Absalon eadē fecissent. Cura igitur, vt cor-  
de sis tranquillo, non tu mutabis mūdum,  
sed vide, vt tu mureris in alium virum. Se-  
cundō, hoc verbo refellit eos, qui peccata  
& mala externa non sibiipsis imputant,  
sed tempori, sibiique persuadent, quasi tem-  
pus alia facere non permittat, moti ex eo,  
*Amos 5* quōd Amos tempus vocat malum, & Pau-  
*Ephes. 5* lus dies malos, quōdque vident uno tem-  
pore

pore maiora mala fieri quām alio: sicut tē-  
pore diluuij crescente numero hominum, *Gene. 6*  
creuit & malitia. Et Iudæi tempore Salo-  
monis melius habuerunt, quām tempore  
regum aliorū. Verūm hi similes sunt eis,  
qui infirmi cūm sint, infirmitatis culpam  
lesto, in quo iacent, adscribunt, non autem  
vitiosæ complexioni. Nō igitur temporis,  
sed tibi ipsi imputa mala tua. Nō est abbre- *Esaie 59*  
viata manus domini, &c. sed peccata no-  
stra prohibent bonū à nobis. Hinc Paulus  
pulchrè indicat, cur tempora sint & dicantur  
mala. In nouissimis (inquit) diebus in- *2. Timo. 3*  
stabunt tempora periculosa, quia erunt ho-  
mines seipso amantes, &c. Vides non tem-  
pori, sed nobis adscribenda mala. Tertiò,  
hoc verbo refellit eos, qui putant se melio-  
res futuros fuisse, si tempore Christi fuis-  
sent, persuadéntque sibi se multa bona fa-  
cturos fuisse Christo & Apostolis, neque  
tam impios & obstinatos futuros fuisse,  
vt fuerunt Iudæi & alij, &c. Sed errant.  
Qui enim nunc impius est, etiam tūc fuisse:  
qui Euangelium nunc non audit, nec  
Christum audisset: qui pauperibus non lar-  
gitur, nec Christo ministrasset. Hinc &  
Christus Iudæos hoc prætendentes refel-  
lit. Si in diebus (inquiunt) patrum nostro-  
rum fuissimus, &c. Sed addit Christus:

*Luce II* Profectò testificamini, quòd consentit is  
operibus patrum vestrorum.

**V**tilior est sapientia cum diuitijs, & magis  
prodest videntibus solem. Salomon hoc  
cerebro agit, ne videatur dñare ipsas res,  
cum tantum damnet hominum consilia.  
Sapientia quidem etiam, quo ad externa,  
donum Dei est, verum citra diuitias exi-  
guæ est fidei ac ponderis apud homines.  
Diuitiae Dei dona sunt, verum diues sine  
sapientia est velut Asinus, portans myste-

*Prov. 17* ria. Quid enim profunt stulto diuitiae,  
&c. Vbi autem sapientia & diuitiae simul  
in uno conueniunt, ibi unumquodque for-  
tius efficitur. Sic Salomon habens sapien-  
tiam & diuitias, magna efficere potuit &  
admiranda ædifica. Maximè autem pro-  
funt videntibus solem, hoc est, Christum  
vel Deum. Qui enim Deum videt, huic ve-  
re utilis erit & sapientia & diuitiae. Vel  
aliter, Videre solem, est lætari & iucundum  
esse in hac vita, seu suauiter viuere. Iuxta

*Tob. 5* illud: Quale mihi gaudium esse potest, qui  
lumen cœli non video? Sensus autem est,  
quasi dicat: Adeò non damno diuitias, ut  
cas etiam iucundissimæ virtæ præferam,  
tantum ut cum sapientia coniunctæ sint.  
Multæ enim sibi in futurum thesaurizare  
potest, qui diuitias cum sapientia possi-  
det,

det. Hoc autem verbo innuit, diuitias prof-  
desse non posse, nisi assit & sapientia. In-  
tium autem sapientiae timor domini. Di-  
uitiae igitur expertunt, pium hominem, &  
timentem Deum. Quapropter quo magis  
crescut diuitiae, eò magis studendum sa-  
pientiae veræ, firmandumque cor timore  
domini. Quo enim maiores diuitiae, eò  
maius periculum.

**S**icut enim protegit sapientia, sic & pecunia.  
Volunt aliqui Salomonem hic loqui in  
persona impiorum, qui cum vident sapien-  
tes sine diuitijs apud mundum cōtemptos,  
econtra diuites etiam stolidissimos in ho-  
nore esse, dicunt cur magnum labore insu-  
merem ad acquirendam scientiam, cum in  
mundo plus possim efficere pecunijs quam  
scientia? Et sunt qui ob hoc ipsam sapien-  
tiam & scientiam negligunt. Verum hi audiāt  
quod sequitur: Hoc (inquit) plus habet sa-  
pientia, quod vitā tribuit &c. Alij locū hūc  
sic intelligunt, ut sit idem eū eo, quod alibi  
dicitur. Omni habenti dabitur. Ab eo au-  
tem qui non habet, etiam quod habere vide-  
tur, auferetur. Sic hic habenti sapientiam  
dabitur & pecunia. Et quo perfectior fue-  
ris in cognitione Dei & fidei, eò minus tibi  
deerūt temporalia. Exēplo sūnt Abrahā, Ia-  
cob, Ioseph, &c. qui in terra aliena positi,  
tamen

tamen diuitiis non caruerunt, quia Dei sapientiam secum habebant. Huc pertinet,  
**Matth. 6** quod Christus ait: Primum querite regnum Dei, &c. Et David: Nusquam vidi  
**Psal. 36** iustum derelictum, &c. Simplicissime autem intelligendo, verbum hoc eo tendit,  
ut sciamus, diuitias ex se non esse malas, cum ad multa conducant. Primo enim non  
minus necessarie sunt ad temporalem vitam sustentandam, quam sapientia & ratio. Deinde, sicut quis sua sapientia non  
nunquam evadit periculum, sic & diuitiis interdum redimitur vita, propelluntur  
**Prov. 19** bella, &c. Præterea, Diuitiae si bene expen-  
**Luc. 16** dantur, etiam ad salutem conferunt, per  
eas enim fœneramur Deo: per eas amicos  
nobis facimus, qui in æterna tabernacula  
**I. Tim. 6** nos recipient: per eas thesaurizamus in  
**Dan. 4** futurum. Hinc Daniel, Peccata tua eleemosynis redime, &c.

**H**oc autem plus habet eruditio & sapientia, quod vitam tribuunt possessori suo. Necessaria additio. Primo, ne quis putaret sapientiam nihil præstare diuitiis. Secundo, ne auarus quispiam audiens diuitias commendari, plus inhiet ad eas. Tertio, ne pauper desperet. Hac igitur breui sententiola, summatim indicat, per quæ media acquiratur vita, nempe per sapientiam

tiam, quæ nihil aliud est, quam vera Dei cognitio vel fides. Huc pertinet quod dicit Christus, Qui credit in me non morietur *Iohann. 11*, in æternum, immo etiam si mortuus fuerit, viuet, &c. Deinde hac sententia arguit auras, quod tanto studio quaerunt diuitias, quæ vitam conferre non possunt, nec conservare, neglecta interim sapientia. Tertio, consolatur pauperes, ne ob id tristentur quod non habent diuitias, cum aequaliter possint habere sapientiam, immo plusquam diuites: Postremo omnes, tam diuites quam pauperes hoc verbo admonet, ut omissis vanis studijs, quaerant sapientiam, quemadmodum & Christus docet: Operamini *Ioan. 6*, cibum, qui non perit, sed permanet, &c.

**C**onsidera opera Dei, quod nomen posset corrigeremus quem ille despicerit. Potest locus hic secundum nostram translationem accipi, de horrendo illo iudicio, cui obnoxij sunt, qui a Deo reprobati sunt, & ab æterno, ad damnationem præuisi. Hos enim nemo conuertere. Exemplo sint Pharaon, Iudas, Iudæi, &c. Timeat igitur qui se videt hactenus corrigi non potuisse, ne & ipse a Deo reprobatus sit. Et oret, ut auferat dominus ab eo cor lapideum, &c. Emphasim autem habet quod præmittit: Considera opera Dei. Vult enim, ut crebro

bro Dei iudicia attendamus, ut discamus timere eum. Item emphaticum est, quod subdit: Quem ipse despicerit. Vel secundum Hieronymum: Quem ipse peruerterit. Non solum enim misereri & parcere Dei opera sunt, sed etiam excæcare & ob-

**Psal. 100** durare. Hinc David misericordiam & iudicium canit domino. Huc referri potest, quod de Pharaone dicit, Ego indurabo cor

**Psal. 17** eius. Item David. Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Potest etiam hic locus intelligi generaliter de mundanis rebus, nempe, quod nemo sua vel sapientia vel industria possit omnia corrige-re, & in ordinem redigere. Cuius ratio est, quia Deus vniuersa sibi soli exequenda seruauit. Multi quidem conati sunt legibus, ordinationibus, pœnis omnia curua corriger, sed frustra. Frustratur enim Deus conatus nostros, tum ut discamus omnia cum ipso incipere, tum, ut si quid successerit, non nobis, sed ipsi adscribamus. Non tamen hoc vult Salomon, ut ideo cessemus, quandoquidem scimus nos non omnia posse corriger. Neque enim Moyses nec Prophetæ ideo cessarunt, cum tamen viderent se frustra laborare, sed eò fortius laborabant, semper speran-

**I. Corin. 1** tes futurum, ut Deus incrementum da-ret.

ret. Sic faciendum est in potestate constitutis, &c. Duo autem commoda hinc referunt, etiamsi subditi non emendentur. Primum quod Dei implent voluntatem. Secundum quod discunt omnia a Deo pendere, &c.

**I**N die bona fruere bonis, & mala diem p*re*ce*n*e*a**u*e*n*. Necessaria planè admonitio. Nam carnalis homo, neque bona neque mala die rectè potiri nouit. Arridente si quidem fortuna insolescit, non curans nec Deum nec hominem, ac si prorsus sit securus, aut nullam aliquando suboritur am tristiciam. Contrà, mutata fortuna despondet animum, omnis consolationis planè expers: adeò, ut interdum seipsum perimat. Monet igitur Salomon, ut Dei propitij bona ambabus, ut dicitur, vlnis amplectamur, eisdem cum gaudio cordis vt tamur, ita tamē, ut in timore domini maneamus. Deinde monet, ne more stultorum hæreamus & immergamur præsentibus gaudijs, quasi dies bonus perpetuò duraturus sit, sed ut seruemus partem cordis Deo, qua etiam ferre possimus malum diem. Sic enim fiet, ut mala præuisa minus discrutiens. Dicitur autē dies bona vel mala non in se, sed pro ratione eorum, quæ in ipsis contingunt. Tempore prosperitatis eorum

eorum tibi exempla propone, qui è summa felicitate deciderunt. Econtra tempore aduersitatis eorum exempla attende, qui è summis malis emergerunt. Sic fiet, ut in prosperis semper timeas, in aduersis semper spes meliora. Pius homo nunquam plus timeret, quam in prosperis: Nunquam plus sperat aut securior est, quam in aduersis, quia sub cruce videt gloriam, &c. Contrario modo sit de impijs.

**S**icut enim hanc sic illam fecit Deus. Ratio est ad vtrang; partem, qualis dicat: Noli efferti bonis & prosperis, quia etiam malam diem fecit Deus: Econtra, Noli desperare in aduersis, quia etiam bonam diem fecit & habet Deus. Pulchre autem vtrunque Deo tribuit, ne quis vel suis viribus bonos dies sibi parare, vel malos effugere posse presumat. Mūdus bona quidē suis viribus mala autē vel dæmoni vel malis hominibus, vel fortunæ adscribit, sed aliter *Tren. 3* iudicat scriptura. Quis est (inquit) qui dicit, De ore domini non exirent mala nec bona, quasi dicat. *Is contra Deum mentitur. Hinc & in Esaiā, Ego dominus formas pacem & creans malum. Quod agnoscens Job. 1* Iob dixit: Dominus abstulit, &c.

**V**IT non inueniat homo contra eum instas querimonias. Non potes conqueri te plus

plus æquo malis oneratū, quia semper plura habes bona quam mala. Nec potes conqueri, impios plus æquo prosperè agere, quia semper maiora sunt mala quibus subiacent, quam bona quæ habent. Hieronymus sic transtulit: Ut non inueniat homo post eum quicquam. hoc est, sic Deus singula dat & distribuit & bona & mala, ut non possis quicquam addere tuis consilijs. Dan-  
te Deo colliges, ipso cessante nihil efficies. Psal. 103  
Poteſt autem totus hic textus: In die bona  
fruere bonis, &c. etiam spiritu aliter intelli-  
gi. Dies bona ea est, de qua Paulus: Ecce 2. Cor. 6  
nunc tempus acceptabile, &c. In hac die pri-  
mò gaudendum de gratia Dei. Secundò,  
fruere bonis quæ habes, nempe verbo Dei  
& Sacramentis. Tertiò præcaue diem ma-  
lum, de quo Sophonias: Dies iræ & cala.  
mitatis, &c. Vtranque enim diem fecit do-  
minus. Misericordiam enim, & iudicium Sop. I  
domino cantat David. Vtranque autē sic  
ordinauit, ut nihil possis conqueri de Deo.  
Misericordiæ enim diem prærogauit vel  
præmisit, ut non essent in quos iustè sœui-  
ret, quod si iustitia Dei obnoxius es, tibi im-  
puta, qui misericordiam & gratiam Dei  
neglexisti, imò contempstisti. Psal. 100

**H**ec quoque vidi in diebus vanitatis meæ.  
Iustus perit in iustitia sua, & impius

Dent. 28 malo ruit tempore in malitia sua. Cum dominus iustis promittat benedictionem in omnibus, econtra impiis maledictionem, ratio satis mirari non potest qui fiat, ut plerunque pijs male, impijs hic bene sit. Hinc crebræ illæ querelæ Prophetarum: *Quare via impiorum prosperatur, &c.* Item, *Visque quo clamabo & non exaudies, conculcante impio iustiorem se?* Item, *Mei autem penè moti sunt pedes, pacem peccatorum videns. Et impij quidem hac videntes, iudicant vel non esse Deum, vel eum non curare mortalia.* Ideo magna hic fide opus est in verbum Dei. Singulari enim quodam diuinæ sapientiæ consilia id contingit, ut pij aduersis rebus pargentur, impij autem prosperis magis excrécentur. Deinde quantumuis differri videtur pij promissa felicitas, tamen non irrita sit. Econtra, quantumuis impijs comminata poena differatur, tamen non euident eam. Alij per iustum hic intelligunt exactorem iustitiam, *der die leut' will fromm machen*, qualis est pollutus homo vel cœconomus bonus, quasi dicat: *Vidi(inquit)iustum habentem egregia iura & leges, quas cum cepisset urgere, & omnia adamassim exigeret, nihil effecit, nisi quod omnia retroibant.* Econtra alius nihil

nihil curans de iustitia, quiete egit & prosperè. Huic autem malo dat remedium.

**N**oli esse nimium iustus. Intelligitur locus hic ad literā non de personali iustitia, quæ non potest esse nimia, sed de iustitia politica. Obserua autem quod nō dicit, Ne sis iustus. Iustitia enim necessaria est magistratibus. Iuxta illud, Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Sed dicit, Ne sis nimium iustus, ne nimium seuerè punias, adiuncta sit iustitiae misericordia, alioquin non iustitia, sed crudelitas est. Virtus consistit in medio, & tam per excessum quam per defectum corrumptur. Secundūdū, referri potest locus hic ad exactionem seueram legum, qua nonnunquam fit, ut summum ius fiat summa iniustitia. Sicut enim medici nō ex solis libris seu prescripto iudicant & sanant morbos, sed saepe mutare coguntur pro qualitate corporum. Itemq; sicut auriga quantumcunq; sanos habeat & fortes equos, non tamen semper directe potest procedere, sed oportet nonnūquam aucterē currum secundū curvitatē viꝝ, sic animi hominum diuerſissimē affecti sunt, ut leges saepe moderari oporteat. Ad hoc autem opus est sapientissimis viris, quorum tamen pauci sunt. Sic plures interdum casus accidunt, quibus oportet

LXXX. 6

deflectere à litera legis, ad intentionem legislatoris. Impossibile est enim legislatori, quod possit omnes conditiones & circūstantias videre. Sic prudens paterfamilias singulis suum officium tribuit, certis horis & locis. Sed interuenit casus aliquis, ut cùm infirmatur seruus, vel simile quiddam, ibi rumpenda est lex, & seruiendum tempori, non exigitur diuersus labor, datur melior cibus, &c. Stultus alioqui esset, nisi sic faceret & incipiebat. Sic nos deflectimus à litera legis Moysi ad spiritum, ut pote à circūcione carnali ad spiritualem, quam scimus potissimum à legislatore intentam. Hinc est quod philosophi virtutem esse dixerunt *moderationem* hoc est, moderationem legis & æquitatem. Hinc iurisperiti dicant imperatorem esse legem viuā, ut qui eo loco positus est, ut possit & debeat legem adaptare tempori. Idem sentiunt Canonistæ de papa. Vult igitur Salomon, ut leges exigantur & seruentur, sed quatenus conducunt. Oportet enim nonnunquam dissimulare. Nam stultus legibus regidè obseruatis, plus nocet quam sapiens dissimulatis. Potest & locus hic intelligi de his, qui facile alios iudicant, cùm sint ipsi eisdem vel majoribus vitiis obnoxij. Vident festucam in oculo fratris, & trabem in suis oculis non

non considerant. Nos igitur monet Salomon, Ne sis nimium iustus, tuo te pede metire, mitte ius summum, nosce te ipsum, tu inuenies in tuo ipsius sinu prolixum catalogum vitiorum, & dices: Ecce ego adhuc sum iniustus, & tamen tam diu toleratus a Deo & hominibus, quare ergo sic feror impetu, ut tam acerbè exigam ab aliis, quem ipse non praesto? Possimus & hunc locum intelligere de iustitia personali, non quod Salomon nos ab ea velit auertere. Aliud enim docet ubique, ut cum dicit: Mane semina semen tuum, &c. Item, Quaecunque potest manus tua instanter operare. Non potes re ipsa nimium esse iustus, immo hic maximus defectus in nobis est, quod minus iustitiae habemus. Vnde & Esaias: Omnes iustitiae nostrae sicut pannus menstruatorum. Et David, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Sunt tamen, qui vindicentur sibi nimium iusti & perfecti: qualis erat ille Pharisæus, qui dicebat: Gratias tibi ago, quod non sum sicut cæteri, &c. Hos hic monet Salomon, quasi dicat: Nondum ideo iustus es, si hoc vel illud fecisti, restant adhuc etiam alia. Sic & Christus docet, Si feceritis omnia quæ præcepta sunt, dicitur, Serui inutiles sumus, &c. Sunt etiam nimium iusti, qui omissis Dei mandatis, alia

*Inf. e. 11  
Eccl. 9*

*Esa. 64  
Psal. 142*

*Lac. 18*

*Lac. 17*

**Matt. 23** ex cogitant, quemadmodum Pharisæi, de-  
cimantes mentam, & relinquentes maiora  
iustitiae, &c. Discant igitur tales, ut primùm  
incipiant iustitiam à Dei, non ab homi-  
num mandatis.

**N**eque plus sapias, quam necesse est. Possu-  
mus & hoc intelligere primo, de sa-  
pientia mundana, quam non prohibet Salo-  
mon, ea enim necessaria est in externis: sed  
tamen moner, ne plus aequo sapientiæ no-  
stræ confidamus. Certum enim est, quod  
aliquando sapientissimi cum plus aequo  
vellent esse sapientes, magna incommoda  
intulerunt. Potest & intelligi de diuina sa-  
pientia, quam qui plus aequo scrutari vo-  
lunt, seipso illaqueat, sicut qui per tinacius  
**Prov. 25** in solares radios visum stringit, magis cæ-  
cucus efficitur. Hinc Sapiens: Qui nimium  
mellis comedit, non ei bonum est, & scruta-  
tor maiestatis opprimetur à gloria. Et  
**Eccle. 3** alias: Altiora te ne quæsieris, &c.

**N**olli esse nimium impius, &c. Hæc est al-  
tera pars conclusionis, quasi dicat: Vi-  
de, ut sicut non eris nimium iustus, sic non  
sis nimium impius, hoc est, ne contem-  
nas & negligas omnem gubernationem  
tibi mandatam, & omnia finas ruere in  
malum. Quædam dissimulare bonum est,  
non autem omnia negligere. Si sapientia  
non

non procedit, non ideo insanendum ira  
vel vindicta. Deinde ne tradas te in ocium,  
ut nihil velis curare, quemadmodum seruus  
ille talentum in terram defodiens. Age sis  
iustus, exige pietatem, perseuera, ut cunque  
successerit. Et addit rationem:

Matt. 25

**N**e moriaris in tempore non tuo. Hoc est,  
ne mors subito veniat, & te rapiat  
ad iudicium, sicut & animam diuitis il-  
lius. Cogitandum nobis hic est, ut in nau-  
fragio vel incendio ubi laborandum est, ut  
falsa aliquid de incendio eripias, quan-  
do totum incendium cohibere non po-  
tes. Vel aliter, hoc verbo terret & monet  
eos, qui in impietate sua perseuerant, &  
peccata peccatis addunt, quasi dicat, Pec-  
casti plus satis, quiesce, magnus te cumu-  
lus calamitatum & miseriatur manet, ubi  
impietatis metam attigeris. Deinde no-  
li esse stultus, noli paruipendere & ride  
re Dei benigitatem & longanimitatem.  
Ea enim te ad pœnitentiam adducit, tu  
autem secundum duritiam cordis thesa-  
rizas tibi iram, &c. Ne parua aestimes  
peccata, semper enim augent numerum,  
donec tandem impleatur mensura. Ni-  
mium impius est, qui nedum peccat, sed  
& peccata defendit, nec vult corripi, imo  
in admonentes insanit, & ob hoc verbum

Luc. 12

Rom. 2

Dei odio habet, huic in proximo est ira  
Dei, id quod pluribus exemplis probari po-  
test. Addit, *Ne moriaris in tempore non tuo.*

**Psal. 54** Non moriuntur impij in tempore suo, quia  
non dimidiāt dies suos, semper enim mors  
eos imparatos aggreditur.

**B**onum est te sustentare iustum, sed & ab  
**illo** ne subtrahas manum tuam. Bonum  
est iustis benefacere, sed & peccatoribus  
benefacere non iniustum est. Bonum est  
**Luc. 6** domesticos fidei sustentare, sed & omni-  
petenti tribuere praeceptum est. Aliud est  
homo, aliud peccator: Noli dare ut pecca-  
tori, sed ut homini. Aliter, *Quia vita haec*  
miserabilis variis quotidie mutatur euen-  
tibus, tam ad aduersa quam ad prospera  
iusti animus præparetur, ut quodcumque  
euenerit librata mente sustenter. Alij hunc  
locum sic transferunt, Bonum est, quod  
hoc teneas, & ab illo non auferas manum  
tuam. Sensus est, Bonum est hoc capere  
quod supra docui, nempe, ne sis nimium  
iustus aut sapiens, &c. sed tu noli pro-  
presa sapientiam & iustitiam posthabe-  
re, ac malitiam sequi. Vtrunque autem pul-  
cherrimè hominem honestat, ut scilicet  
sit iustus, nec tamen nimium: sit sapiens,  
sed non plus æquo. Sic & Christus docet.

**Matt. 23** Haec oportuit facere, nempe iustitiam,  
miseri

misericordiam, fidem, & illa alia non omittere. Iustitia summè est necessaria, ac vnicè colenda, sed tamen interim decens disciplina non est excludenda. Oportet magistratum esse iustum, sed tamen ne obliuiscatur misericordiæ. Oportet præstare misericordiam, sed ne deserfas iustitiam. Vel aliter. Si quid boni acciderit, id cum gratiarum actione accipe, sin aduersum sit, & illud patienter suffer. Sic Paulus: In 2. Cor. 6 omnibus commendemus nos sicut Dei ministros, per arma iustitiae, à dextris & à sinistris. Et idem: Scio abundare & penitentiam pati. &c.

**Q**ui timet Deum, nihil negligit. Generalis sententia est, quam diffuse tractat Ecclesiasticus. Qui timent Deum (inquit) non erunt increduli, &c. Specialiter autem hic refertur ad ea quæ iam dicta sunt. Qui timet Deum, recte vretur sapientia & iustitia, Itē, nec hoc nec illud negliget, &c. Alij sic transferunt, Qui timet Deum, euadet cum omnibus. Timens Deum, euadit neminem faciat, agnoscit enim & se peccatorem, & Deum inuocat.

**S**apientia confortat sapientem super decem principes cinitatis. Aliqui hunc locum spiritualiter exponunt, per sapientiam intelligent Christum, qui est Dei virtus & sa-

1. Cor. 1

pientia: per decem principes, sanctos angelos, ut sit sensus, Magna quidem per angelos nobis dat Deus, sed maiora per Christum dedit. Indiget homo auxilio & defensione Angelorum, sed plus indiguit & indiget auxilio Christi, qui solus mortem & peccata depellit. Hinc Angelis dicentibus:

*Hier. 51* Curauius Babylonem, & non est sanata, relinquamus eam: Venit Christus, & quod illi non potuerint, ipse praestitit. Quo ad literam commendatur hoc verbo sapientia iam dicta, nempe aequitas illa & moderatio legis. Tria requiruntur ad Principem vel rectorem, ut possit dici sapiens. Primo, ut sciat attingere medium in quo consistit virtus. Secundo, ut sciat moderare leges secundum exigentiam temporum & casuum. Tertio, ut sciat sibiique penitus persuadeat, mundum ex toto corrigi non posse. Qui haec tria scit, sapiens est. Hanc Sapientiam commendat hic Salomon, quasi dicat: Non viribus seruantur res, sed prudentia aguntur omnia, & proficiunt in regno, legibus, administrationibus, artibus. Sic nos conditi sumus homines, ut agamus ratione, & plus ea valeamus quam omnes bestiae viribus. Sic homo ratione domat ferocem equum, immanem leonem, quod viribus nunquam posset. Eodem modo & populus dominatur,

natur, qui est bestia multorum capitum. Potest & hæc sententia generaliter intelligi, quod in omnibus rebus plus valet sapientia quam vires: sic qui sapienter labrat, plus efficit & minori labore, quam alius qui tantum fortitudini sua innititur. Sic Romani plus egerunt in bellis, sapientia & prudentia quam armis. Econtra Roboam 3. Reg. 12 tametsi potens esset, tamen regnum amisit; quia sapientia caruit. Hinc in Proverbiis: Vir sapiens, potens & fortis est, & salus ubi Pro. 24 multa consilia. Magni igitur pretij est sapiens & prudens homo. Is enim nonnunquam plus agit, quam fortis muri aut milites, &c. Potest etiam dictum hoc intelligi de vera sapientia, quæ est cognitio Dei & fides, hæc enim plus confortat & defendit pium, quam quæcumque externa, hæc enim Sap. 10 venditum iustū non dereliquit, &c. Sic Davidem, Iacob, Helisæum, omnēsq; pios defendit sapientia & fides in Deum, ut nihil eis nocere possent aduersarij. Nec mirū huiusmodi enim sapientia præditis dicit Deus: Ego ero murus igneus in circuitu eorū, &c. Zacha. 2 Hoc igitur verbo nos ad veram sapientiam adducere vult, quæ sola protegit quantumvis impij aliter sentiant. Videmus enim in plerisque historiis, quod nihil defendere posset hominem, si desit ei fides in Deum. Potest

Potest & aliter hoc dictum intelligi. Dixerat supra omnibus esse benefaciendum, posset autem quis dicere sibi non suppetere facultates, hoc præuenire vult, Sapientia (inquit) confortat, quasi dicat, Quos non potes opibus, consilio adiuua, solatio foue. Plus enim potes in angustia constituto præstare sapientia, quam quilibet maximæ potestatis.

**N**on est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet, &c. Si hoc dictum ad externa referas, hunc habens sensum. Quid conaris omnia adamassim exigere ad leges? Nunquam fieri, ut omnia rectissime fiant. Si vis viuere in politia, oportet te multa dissimulare & ferre, multa etiam ignorare. Intuere te ipsum, & videbis, quam saepe etiam ipse iniuste facias: Noli irasci, si vides ea fieri quae te offendunt. Neque enim tu semper facis quod oportet. Sicut iustitiae spiritualis est, infirmos in fide ferre. Iuxta illud: Alter alterius onera portate, &c. Sic iustitiae politicæ est, ferre aliorum defectus, ut sit mutua toleratia, alioqui nunquam simul viuere possumus. Quod si dictum hoc ad spiritualia & ad conscientiam exiges, verissimum est, quod nemō iustus, nemō bonum facit, nemō non

**Gal. 6** peccat. Alter alterius onera portate, &c. Sic iustitiae politicæ est, ferre aliorum defectus, ut sit mutua toleratia, alioqui nunquam simul viuere possumus. Quod si dictum hoc ad spiritualia & ad conscientiam exiges, verissimum est, quod nemō iustus, nemō bonum facit, nemō non

**Psalm. 13** peccat, id quod & David dicit, Omnes de-

clinaz

clinauerunt, & inutiles facti sunt: Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Emphasim autem habet quod dicit, Non est homo, & in terra. Alioqui de plerisque dicit scriptura, quod fuerint iusti, ut de Iob & aliis, verum hi plus quam homines erant, nempe spiritu Dei donati. Nec in terra erant, sed conuersatio eorum in celis Phil. 3 erat. Alioqui qui nihil aliud est quam homo, & in terra etiamnum haeret, is iustus esse non potest. [REDACTED]

Quanquam quod dicit, Non est qui faciat bonum, etiam possit de Christianis intelligi, qui tametsi pietati studeant, tamen nondum plene in eis mortuus est vetus Adam, quo sit, ut plerunque is idem vetus Adam, opus etiam bonum prava intentione vel alio simili corrumpat, ut non sit omnino perfectum.

**S**ed & cunctis sermonibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuum, ne forte audias sermonem maledicentem tibi. Hoc verbo quatuor indicat & admonet. Primo. Noli ita curiosus esse, ut omnium omnia dicta & nutus a recuperis, quod quidam faciunt, qui etiam per

per fenestras & rimas auscultant, quid de  
ipsis dicatur. Quibus iure accedit, ut non  
nunquam vel ex sua familia audiant, quod  
doleat. Sic enim Deus punit eorum curio-  
sitatem, quemadmodum & aliis saepe pec-  
catum peccato punit. Secundo, Noli nimis  
seuerè vindicare, quæ aduersum te dicta

**Dente.** 32 sunt. Primo enim vindicta Dei est. Secun-  
do, quia & tu crebro aliis maledicis, nec vel-  
les, ut alij eodem modo se vindicarent de

**Matth.** 7 te: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.  
**Tertio.** Noli anima accipere quæ dicunt

**x. Ioan.** 4 et uocari scribuntur, sed proba spiritus num ex  
Deo sini. Quarto. Ecce quæ præcepta sunt ri-  
bibi, & sapientiæ auxilio confortatus, vel ad  
bona vel ad mala præpara cor tuum, & non  
cures quid de te loquantur homines. Non  
enim illi pro rationem reddent, sed qui-  
libet pro seipso,

**C**vncta tentavi in sapientia. Dixi, Sapiens  
efficiar, & ipsa longius recessit a me: Et  
alta profunditas, quis inserviet eam? Poteft  
hoc referri ad præcedentia, quasi dicat,  
Experiencia didici, quod ad politiam bene  
constituendam & conseruandam, non so-  
lum necessarius est legislator, sed etiam le-  
gis moderator. Conatus sum saepe strictis-  
simis legibus regere mundum, sed nihil mi-  
nus succedebat. Alta enim est profundi-

tas, &c. quasi dicat, Qui leges scribunt, tan-  
 tūm intendunt in vniuersalia, quod sic de-  
 beat fieri: Sed qui sunt in administratione,  
 coguntur descendere ad particularia & in-  
 diuidua, & videre an possit sic fieri. Ibi of-  
 ferunt se casus infiniti, & infinitæ circum-  
 stantiae. Nec potest profunditas ista nume-  
 rari. Quantum ergo potes sustenta legem,  
 & quantum potes moderare legem, time  
 Deum, iste recte omnia docebit, qui enim  
 Deum non timent, aut sunt nimium iusti,  
 aut nimium impatientes. Alij locum hunc  
 intelligunt non solum de sapientia politi-  
 ca, sed etiam de sapientia spirituali: Ea au-  
 tem sapientia summe nobis necessaria est,  
 ut possimus tuto transire per mundum, pec-  
 catum, mortem. Quamuis autem ea ipsa sa-  
 pientia dicat, Ego diligentes me diligo, & Prov. 8  
 de ipsa dicitur, Facile inuenitur sapientia  
 ab his, qui querunt illam, immo ipsa eos præ-  
 uenit: plerisque tamen contingit, quod hic  
 Salomon dicit, Logius a me recessit sapien Sap. 6  
 tia. Ratio est, quia eam non querunt, quo-  
 modo & ubi querenda est. Alij eam querunt  
 in solis libris, alijs in longinquis regioni-  
 bus, sicut Plato & Pythagoras, sed errant.  
 Non enim alligata est vni loco præscri-  
 pro. Iuxta illud, Vbi est locus intelligentie, Iob 28  
 &c. Abyssus (dicit) non est in me, &c. Alij  
carna

carnali prudentia & consilio eam inuenire  
nituntur. Verus modus sapientiae quæren-  
**I. Cor. 3** dæ est, quem Paulus indicat his verbis: Qui  
vult sapiens esse, stultus fiat, vt sit sapiens.  
Hoc est, agnoscat se in rebus diuinis stultū  
esse, nec quicquam rationis propriæ afferat,  
sed in locum eius verbum Dei. Præterea  
apud solum Deum quærenda est. Iuxta il-  
**Iac. 1** lud, Si quis indiget sapientia, postuleret à  
Deo, &c. Hoc modo sancti quæsierunt sa-  
**Psal. 24** pientiam, vt David: Dirige me in veritate  
tua, & doce me, &c.

**L**VSTRARI UNIuersa IN ANIMO MEO, VT SCIREM  
SAPIENTIAM, & VT COGNOSCEREM IMPIETATEM  
STULTI, & ERRORREM IMPRUDENTIUM. NEDUM  
SAPIENTIAM QUÆRIT, QUÆ PROPRIÆ EST COGNI-  
TIO DEI, SED ETIAM SCIENTIAM, QUÆ EST CO-  
GNI TIO CREATURARUM, IMÒ QUÆRIT ETIAM CO-  
GNI TIONEM IMPIETATIS & ERRORUM, VT EA CA-  
UERE POSSIT. HÆC ENIM OMNIA IN SCHOLA DEI  
DOCENTUR & EODEM ORDINE, QUO HIC PONUN-  
TUR. NEC VLSQVM CLARIUS & PERFECTIUS DO-  
CENTUR, QUANTUMUIS PLERIQUE EA DOCERE CO-  
NATI SUNT, SED FRUSTRA.

**E**T INUENI AMARIOREM MORTE MULIEREM.  
**Zacharia 5** Per mulierem aliqui hic intelligunt  
PECCATUM, QUEMADMODUM & IN ZACHA-  
RIA MULIERI COMPARATUR IMPIETAS. ALIJ PER  
MULIEREM INTELLIGUNT HÆRESIM, VEL IMPIAM  
DOCTRINAM.

doctrinam, & utriusque tam peccato quam  
haeresi, conueniunt conditiones mulieris  
hic positae. Secundum literam autem intel-  
ligitur de illis mulieribus, quae relicto of-  
ficio suo imperium sibi sumunt, nec sinunt  
viros praestare quod volunt: immo prescri-  
bunt viris etiam ea quae ad regimen rerum  
publicarum pertinent: denique & saepe ef-  
ficiunt, ut viri in gratiam earum contra iu-  
stitiam faciant. Tales fuerunt Dalida, Je-  
sabel, Herodias, & quae Salomonem a Iusto  
& recto abduxerunt. Ab huiusmodi praes-  
monet Salomon omnes rectores: alioqui  
si semel se illis dediderint, omnia pessum  
eunt. Alij locum hunc intelligunt genera  
liter de omnibus mulieribus. Vbi obserua  
quis hic loquatur, nempe Ecclesiastes, ne  
quis putet contumeliā esse, quae hic dicun-  
tur. Concionator enim neminem contri-  
melia afficit, sed omnes ad penitentiam &  
emendationem adducit. Deinde obserua,  
quod Salomon hic non damnat sexum mu-  
liebre, hoc enim esset iniuria in bonas Dei  
creaturas. Deus enim ipse mulierem in ad-  
iutorium viro creavit. Ethnicis quidem  
familiare est, ut unius malae mulieris cau-  
sa, totum sexum damnent: Sacra vero scrip-  
tura finit sexum, bonam Dei creaturam  
esse, nihil honestis mulieribus detrahens,

Genes. 1

imò eas summè collaudans. Iuxta illud:

**Prov. 3** Mulier honesta, pretiosior est gemmis,  
&c. Salomon igitur hoc loco indeolem dun  
taxat malarum mulierum suis coloribus

**Prov. 7** depingit, id quod etiam alibi, & quidem  
malto diffusius facit. Ideo autem hæc scri  
bit, ut omnes exterreat à luxuria & scor  
tatione.

**I. Cor. 6** Nam Paulus ait, omnia reliqua  
peccata extra corpus fieri, qui autem scor  
tatur (inquit) in corpus suum peccat, imò  
in Deum peccat, cuius templum violat,  
&c. Pulchrè autem hoc loco naturæ no  
stræ & prauitatem & infirmitatem indi  
cat: Pravitatem, quod omnibus Dei crea  
tutis abutitur, quantumuis bonæ sint,  
ut & supra dixit de diuinitate. Infirmitatem  
autem, quod à tam infirma creatura, qua

**Sapien. 8** lis est mulier, vincuntur interdum etiam  
fortissimi & sapientissimi. Quid ergo bo  
ni, magnanimum, & constans in homine  
est? Ideo subdit, Qui placet Deo, effugie  
&c. A solo igitur Deo fortitudo queren  
da est, alioqui nemo continere poterit, ni  
si Deus dederit. Quisquis igitur hic ex  
tra periculum est, soli Deo id adscribat,  
cuius unius ope fit, ut in id proscænum  
non proruat. Peccator autem à Deo reli  
ctus, per ista præcipitia violenter rapi  
tur, neque potest à quoquam periculis hu  
iustis

iusmodi subduci, donec ad mortem & infernum deuentum fuerit, vnde nulla est redemptio. Monet etiam hic, mulieres ut cum sint viris datae in adiutorium, caueant ne eisdem sint occasio mortis.

**E**cce hoc inueni, &c. Quantumcunque homo querat, nihil tamen inueniet in creaturis, nisi secum per fidem adferat dominum Deum, alioqui vacuus redibit. Quod autem subdit: Virum de milie vnum inueni, mulierem ex omnibus non inueni, &c. querela est sapientiae & rationis humanae, quae putat facile quidem aliquid boni reperiri posse in viris, sed nihil in mulieribus. Verum aliter iudicat scriptura, quae simul tam viros quam mulieres sub peccatum concludit, idque sententiae inter utrumque sexum ponit, quod neuter altero vel pilo sit melior: Quare non est, quod alter alterum contemnat. Lapsa est mulier, lapsus est & vir: Et citra ullum personae respectum, Deus misericordiam suam offert & viro & mulieri, uterque denique sexus, ex sola Dei misericordia seruatur.

Rom. II

**S**olummodo hoc inueni, quod fecit Deus hominem rectum, & ipse se immiscuit infinitis questionibus. Fecit Deus hominem rectum, hoc est, secundum aliquos, stra-

elis fur sich, vt scilicet videat quæ coram se,  
& ob oculos sunt, id est, res præsentes, &  
illis sit contentus. Sed homo relicta illa  
rectitudine, disputat de futuris, habet-  
que transuersos & obliquos oculos. Sicut  
Poëta dicit:

*Fertilior seges alieno semper in agro,  
Vicinum j; pecus grandius yber habet.*

Item:

*Optat ephippiæ bos piger, optat arare cabala-  
lues.*

Tales oculos habebat Petrus cùm dice-  
**Ioan. 21** ret: Hic autem quid? Sic mulier officia  
viri, vir mulieris officia sectatur, &c. Est  
ergo hæc sententia epiphonema humanæ

**Gene. 1** vanitatis. Aliter, Fecit Deus hominem re-  
ctum, hoc est, ad imaginem suam, id est, fe-  
cit eum iustum, bonum, sapientem: sed ho-  
mo seipsum omnibus bonis spoliat, qui re-  
licto Deo eiisque sapientia, iustitia, & bo-  
nitate, suam sibi sapientiam, bonitatem,  
& prudentiam, à consiliis statuit, vnde fit, vt

**Gene. 3** è bonorum Dei possessione excidat. Sic  
contigit primis parentibus, qui suo con-  
**1. Reg. 15** filio seipso, & omnes posteros, perdi-  
runt. Sic Saul suo cōsilio perdidit regnū.  
Ita omnes homines propriæ rationis fig-  
mentis, plerunque sibiipsis exitium accer-  
sunt, dum à verbo Dei, quod ynica, vera &

æter

æterna sapientia est, tam turpiter deficiunt.

**Q**uis talis, ut sapiens est, & quis cognovit  
solutionem verbi? Nihil superplum nisi se-  
riis inuoluit homo, sed etiam per seipsum  
minime resurgere potest. Sola siquidem  
diuina gratia restituatur homo per Chri-  
stum. Vel aliter. Sic immersi sumus no-  
stris studiis, & etiam malis externis & in-  
terioris, ut etiam non intelligamus nos sic  
immersos, qualis dicat: Volo tacere de ip-  
so facto: imo dogma & ius ipsum non in-  
telligunt homines, tantum abest, ut præ-  
stare possint.

## C A P V T VIII.

**S**APIENTIA hominis lucet in vul-  
tu eius, & potentissimus facie illius  
commutauit. Secundum nostram  
translationem cundem habet  
sensem, quem & illud Ecclesiastici: Ab  
occursu faciei cognoscitur sensatus. Ami-  
ctus enim corporis, risus dentium, & in-  
cessus pedum annuntiant de homine. Si-  
cūt enim stultitia occultari non potest, ali-  
cunde enim prominentes aures Midam,  
produnt: Sic & sapientia in vultu lucet,  
&c. Hieronymus aliter transstulit, nempe  
sic: Sapientia hominis illuminat, vel illu-

Eccle. 19

strat faciem eius. Et secundum hoc est commendatio sapientiae, tam diuinæ quam humanae. Primo enim sapientia diuina (quæ est fides vel cognitio Dei) illustrat faciem hominis, quia aperit oculos homini ut videare possit, quæ nec corporeis oculis, nec

**2. Cor. 3** ratione cōsequi potest. Hinc Paulus: Nos reuelata facie gloriā domini contemplamur. Secundò sapientia diuina illustrat faciem, hoc est, exhilarat. Fieri enim non potest, ut non iucundus sit qui Deum per si.

**Psal. 4** dem videt. Hinc David: Signatum est super nos lumen vultus tui domine: dedisti latitudinem in corde meo. Tertiò, sapientia diuina illustrat faciem, hoc est, lucidam facit externam conuersationem & apparentiam, quæ per faciem designatur. Iuxta il-

**Ioan. 7** lud: Nohite secundum faciem iudicate, hoc est, secundum externam apparentiam.

**Matth. 6**

[REDACTED] lucidam erit. Potest etiam hoc dictum intelligi de sapientia politica. Ea enim primo illustrat faciem, quia dirigit hominem in externis: secundò illustrat faciem hominis, hoc est, facit eam amabilem omnibus. Qui enim prudenter

denter & consideratē res suas agit , is om̄nibus gratus est , ab omnibus commendatur . Qui verò secus agit , hoc est , qui nihil de sua sententia cedens , quiduis temeritatem imprudenter iuxta sui vnius ingenij consilium perficere conatur , is se omnium odio obnoxium reddit . Hinc septuaginta interpretes pro eo quod nos legimus : Et potentissimus faciem illius commutabit , transtulerunt , Et impudens vultu suo odietur . Vbi in Hebreo habetur , Fortis facie . Iuxta modum loquendi , quo dicitur in Daniele : Rex fortis facie . Et de muliere meretrice . Forti vultu blanditur . Significat autem hæc figura impudentiam & audaciam vultus , sicut de stulto dicitur : Obscurat faciem suam stultus , hoc est , erecta cervi-  
 ce , sine metu & pudore est . Observent igitur hanc sententiam hi , quorum interest aliis praesesse , sive in spiritualibus , sive in temporalibus ut discant , nihil ruminido aūsu , sed omnia summa prudentia & modestia agere . Alioqui concionatōr qui omnia temerē & pertinaciter in ordinem redigere vult , non habita infirmorum ratione , plus destruet quam edificabit . Idem contingit in externa mundi administracione . Hinc Deus vult , ut præsides quicun-

que, sint tanquam pastores: quorum officium est, infirma consolidare, errantia reducere, &c. Hinc Christus dicebat Apollonis: Principes gentium dominatur eorum, &c. Vos autem non sic, &c. Et idem, Simo 1. Timot. 3 Ioannis diligis me: pasce oves meas. Et Paulus vult, Episcopum non esse percussorem. Galat. 5 Idem monet, ut spirituales instruant peccantes in spiritu lenitatis, &c. Sic Moyses Num. 12 tametsi durissimum populum haberet, tamen fuit mitissimus omnium hominum: alioqui nunquam potuisset in tali populo manere.

**E**go os regis obseruo, & præcepta iuramenti Dei. Hoc verbo primò hortatur ad politicam obedientiam. Sunt autem singula verba emphatica. Primò cùm dicit, ego, ostendit se promptum obedire superiori, si quem haberet. Eoque verbo arguit eos, qui seuerè obedientiam exigunt à suis subditis, quam tamen ipsi non exhibent suis superioribus. Secundò cùm dicit, os regis obseruo, indicat qualiter sit obedientium, nempe ut non ad oculum seruiamus, sed statim auditio verbo pareamus. Tertiò emphasis habet & illud quod subdit: Et præcepta iuramenti Dei. Addit autem hoc ad commendationem magistratus, ne quis magistratum contemnat. Obedias, id est,

magistr

magistratui, secundum iuramentum Dei (vult dicere) sicut iurasti Deo. Qui enim magistratui iurat, non homini iurat, sed Deo. Hinc Paulus, Magistratum dicit ordinationem Dei, &c. Hinc in scripturis plerunque dij dicuntur magistratus, ut Exodus 22. & Psal. 81. Hic igitur vides politica obedientiam comprehensam in obedientia Dei. Sicut & Paulus vult, ut serui obediant dominis, non ut hominibus, sed ut Deo. Non est aliqua scriptura, quae honorificentius tractet pios magistratus, quam sacra scriptura. Econtra autem non est alia quae tanta vehementia contra tyrannos atque truculentos magistratus clamet. Tales enim nunc vocat lupos, nunc rapidos leones, nunc famelicos ursos, &c. ut patet Ezech. 19. & 22.

**N**e festines recedere à facie eius. A facie recedere, Hebraismus est in scripturis frequens, ut patet in Iona, itemque in Iona 1. Euāgelio: Egressus seruus à facie domini, Matt. 18 &c. Significat autem declinare ab obedientia, seu obedientiam negare aut detrectare. Monet igitur Salomon, ne detrectemus obedientiam superioribus: quod tamen intelligendum est in his rebus, quae citra fideli & præceptorum Dei iniuriam præstare possunt.

**N**eque permaneas in opere malo. Carnali homini durum est superiores tolerare. Quod si magistratus mali sint, difficile est eorum tyannidem effugere. Breuissimis igitur verbis Salomon docet, quid agendum sit tibi, ut securus esse possis. Sis (*in Rom. 13* quir) obediens: Et caue a malo. Non enim sive causa gladium portat. Haec sunt vera remedia, quibus occurrere debemus violentiæ Principum, non seditionibus aut armis, sed obedientia & innocentia. Quod si nec Dent. 32 sic mitigari possunt, Deo committe, qui *Sap. 6* dicit, Mihi vindictam, &c. Habet enim & ipsi suum iudicem: Et potentes potenter tormenta patientur.

**Q**via omne quod voluerit faciet, & sermo ipsius potest late plenus est, nec dicere ei quisquam potest, quare ita facis? Non hoc vult Salomon potestati licere, quicquid libet & potest. Nec eorum libidinem confirmat. Non enim in hoc eis potestas data est, ut ea uti possint, iuxta suam libidinem, sed potius ut iuxta præscriptum verbi divini ea vitatur. Sed hoc verbo arcere nititur conatus subditorum, qui tyrannide opprimuntur, hi enim solent mala consilia secum cogitare, quomodo fese vlciscantur, &c. Has itaque furias Salomon hic coercere conatur, docens longè consultius esse iniu

iniuriam forti animo ferre, ac de suo iure non nihil cedere, quām in potenti ac seditiosa manu magistratibus, hoc est, ordinationi Dei reflitere. Est igitur sensus, Nihil efficies, etiamsi tumultum & seditiones moueas, nisi quod te ipsum maioribus malis inuolues. Qui enim catenas Hier. 28 ligneas abiicit, accipiet pro eis ferreas. Et Rom. 13 qui potestati resistunt, ipsi sibi iudicium acquirunt. Pulchre autem etiam his verbis superbiam impij magistratus explicat, Omne (inquit) quod voluerit faciet, &c. quasi dicat: Omnia iuxta libidinem suam agit impius magistratus, potentia sua vbiique triumphat, siue iustè siue contra agat parum curat, dummodo suæ libidini satisfaciat. Verba eius tument potentia, quicquid iusserit, hoc ipsum nolentibus volentibus faciendum est. Nemo eum in quacunque re obiurgare audet, neque ullius virium est, quod semel secum statuit, facere irritum.

**Q**ui custodit præceptum non experietur malum. Conclusio est præcedentiū. Potest autē dupliciter exponi. Primo sic, Qui seruat præceptum, non volet cognoscere rem malam, id est, cauet & custodit se, ne operetur malum. Secundo sic, Qui seruat præceptum, nihil mali patietur à magi

*Rom. 13* magistribus. Hinc Paulus: Vis non time  
re potestatem? Bene fac, & habebis laudem  
ex illa. Possunt autem omnia iam dicta ab  
eo loco: Ego os Regis obseruo, &c. etiam  
ad Deum referri. Et secundum hoc pul-  
chre describitur hic, qualis quisque de-  
beat esse erga Deum. Primo, Ego (inquit)  
tametsi Rex, tamen scio me habere domi-  
num in cælis, cui reddenda est ratio. Se-  
cundo, Obseruo os Regis, Dei scilicet, non  
disputo cur hoc vel illud præcipiat Deus,  
sed statim auditio verbo eius obedio. Sic  
Abraham Genes. 12. & 22. Tertio, Obseruo  
iuramentum Dei semper reuoco ad memo-  
riam, quid Deo voverim in Baptismo. Ad-  
dit duas admonitiones, quarum prima est:  
Ne recedas à facie Dei, ne sis inobediens.  
Secunda, ne permaneas in opere malo. Ad-  
dit causam, quia Deus potest quicquid  
vult: fortior te est, & potens ad perendum  
malos, &c. Demum addit conclusionem,  
Qui custodit præceptum, &c.

*Rom. 13* **T**empus & responsum cor sapientis no-  
uit. Hieronymus transtulit tempus  
& iudicium. Iudicium autem cum solum  
ponitur, ferè semper significat vindictam,  
sicut in Paulo: Iudicium sibi acquirunt.  
Sapiens igitur in suis operibus primo ob-  
seruat tempus & iudicium, quod potest  
referri

referri ad ea, quæ supra de obedientia dicit, quasi dicat. Sapiens scit, quod definita sic hora contra inobedientes, & quod nemo potest evadere illam horam: Ergo timet Deum, & nihil mali operatur. Generaliter autem qui sapiens est, nihil nisi prius tempore & opportunitate consultis, aggetur. Stultus autem temerè omnia incipit, ideo iusto Dei iudicio sequitur pœnitentia. Sic contigit Pharaoni, Sennacherib, & aliis, &c. Deinde, qui Dei sapientiam habet, omnium maximè in rebus salutis obseruat tempus. Scit enim tempus gratiarum non semper duraturum, quemadmodum Christus ait: Venit nox, in qua nemo poterit operari. Et iterum, Ambulate dum lucem habetis, &c. Et Paulus, Hora est nos de somno surgere. Et idem, Ecce nunc tempus acceptabile, &c. Dum igitur tempus habemus, operemur bonum, &c. Nil horum attendunt impij. Hinc contra eos conqueritur Propheta, Miluus in calo cognovit tempus suum, non autem populus meus, &c. Sic & Christus fleuit super Hierusalem, quod non volebat attendere tempus visitationis suæ. Præterea sapiens nedum attendit tempus, sed etiam responsionem & iudicium. Cum ita enim adducet Deus in iudicium, siue bona

*Matth. 2* bona siue mala: Et de omni etiam otioso  
verbo redienda erit ratio.

*O* Mni negotio tempus est & opportunitas.  
*Hieronymus*, Omni negotio tempus est & iudicium. Potest autem dictum  
hoc generaliter intelligi, quemadmodum  
*Sup. c. 3* & supra dixit, Omnia tempus suum ha-  
bent. Deus enim cuncta tam graphicè di-  
gessit & in ordinem redegit, ut rei vnicui-  
que tempus suum opportunum ac ratio-  
nem (extra quæ nihil bene & feliciter pro-  
cedit) adiunxerit. Vniuersa enim in manu  
Dei sunt & is unus cuncta pro suo arbitrio  
administrat. Vult igitur Deus, ut oculos  
nostros in ipsum figamus, alioqui quod-  
cunque inceperimus sine Deo, nihil ni-  
si confusionem & incommodum repor-  
tabimus. Exemplo sit turris Babylonica  
*Gene. 11* sine Deo, imò contra Deum ædificari  
coepit. Possumus etiam dictum hoc spe-  
cialiter referre ad superiora, ut sit commi-  
natio contra inobedientes. Diuinitus  
enim ordinatum & definitum est, iudicium  
& vltio seu poena omnibus inobedienti-  
bus, quæ nemo euadit. Estque ingens con-  
solatio Magistratum, &c. qui ubi faciunt  
quod possunt, æquo animo ferant subdi-  
torum inobedientiam, certi quod inobe-  
dientes poenam non euadant.

Multa

**M**ulta hominis afflictio, quia ignorat præterita, & futura nullo scire potest nütio.

Potest generaliter intelligi, homo nascitur nudus contra morem aliorum animalium. Secundò, corpore obnoxius est multis malis, &c. Tertio, animam secum portat peccato infectam, multisque prauis affectionibus obnoxiam. Postremò etiam ignorantiam secum portat. Nescit enim quid fuerit, &c. Nam etiamsi dicatur, quod Deus omnia è nihilo creauerit, &c. quodque futurum sit iudicium, &c. pro fabulis habet. Verè igitur miserum animal est homo in se; beatus autem efficitur per Christum. Potest autem hæc sententia specialiter referri ad inobedientes, ut sic sensus. Ideo plerique sua inobedientia malum sibi accersunt, quod non considerant, quantum malum sit inobedientia. Cupiunt varia per inobedientiam, sperant magna se consecuturos, pollicentur sibi impunitatem, sed falluntur: per eam enim inobedientiam se in summam afflictionem coniiciunt. Potest & simplicius sic intelligi, quod tanta malitia homines infestant, causa est, quod præterita non considerant, & futura ignorant. Sic quod homo se in quæque vitia præcipitat, causa est quod nō attendit, quo modo

modo olim punierit peccatores Deus, & quid eis in futurum comminetur. Sic quod plerisque tam graue videtur, magnaque eis afflictio est, Christum sequi, maximè in cruce: causa est, quod non attendunt quam bene ante nos habuerint pij homines, & quanta eos retributio in 1.Cor.2 futuro maneat, de qua Paulus: Oculus non vidit, & auris non audiuit, quæ praeparauit Deus diligentibus se.

**N**on est in hominis ditione prohibere spiritum, &c. Hoc totum quidam ad inobedientes referunt, ut sit sensus. Inobediens non euadet, Er musz her halten. Pulchre autem hic videmus, quæ sint vires hominis. Primo enim non potest prohibere spiritum Dei. Quæ enim Deus decrevit, homo infringere non potest. Secundo, non potest prohibere spiritum suum: dicitur enim velut captiuus ad peccatum Esaie. 14 iuxta illud: Inuenio aliam legem in membris meis, &c. Hinc Christus, Sine me nihil potestis facere. Tertio, non potest retinere spiritum, hoc est, vitam suam quam diu vult. Quartò, non potest suis viribus mortem euadere. Quinto, non potest suis viribus etiam quacunque aduersitatem abs se depellere, nisi Deus velit. Nemo igitur in se confidat, sed in Deo, cuius voluntas

Iunctas non impeditur, qui vires nostras sua Eccles. II  
gratia confirmare potest, qui dominus est  
vitæ & mortis: Et in manu sua habet bona  
& mala.

**N**ec salvabit impietas impium. Solent  
impij pl. tanque imminentia per-  
cula malis mediis declinare, quemadmo-  
dum Cayphas & Pilatus. Sed iusto Dei iu-  
dicio eis vsu venit, quod dicitur: Impius  
quod timeret, recidet in iugulum eius. Et  
iterum, Qui timeret pruinam, irruet super Iob. 6  
eum nix. Id quod videmus Cayphæ & Pi-  
lato accidisse. Sic multi furtio, usura, rapi-  
nis, pauperiem effugere conantur, sed fru-  
stra plerunque. Benedictio enim domini Prou. 10  
divites facit. Benedictit autem Deus pietati studentes. Deut. 18

**O**mnia haec consideravi, O dedi cor meum  
in cunctis operibus que sunt sub sole.

Nunc redit ad catalogum suum, iterum  
enumerans miserias humanæ vanitatis.

**I**nterdum dominatur homo homini in ma-  
lam suum. Nihil est, quod homines  
plus appetant quam potentiam super alios.  
Verum hoc non semper feliciter cedit. Du-  
pliciter autem intelligi potest hoc dictum.  
Primo sic, Interdum dominatur homo  
homini in malum suum, hoc est aliquan-  
do iusto Dei iudicio contingit, quod quis

à Deo exaltatur in regnum, non ob aliud  
 quām ad afflictionem aliorum, scilicet  
 subditorum, quemadmodum in Osee di-  
 cit. Dabo eis regem in furore meo. Et Iob,  
 Osee.13 Iob 34 Propter peccata populi Deus facit regna-  
 re hypocritam. Sic Assyriorum rex, di-  
 Esa.10 citur virga furoris domini. Sic Nabu-  
 Hier. 49 chodonosor dicitur seruus Dei, in pu-  
 niendis videlicet Iudeis. Secundūm hunc  
 sensum videmus hic, nullum peccatum  
 manere impunitum. Habet enim Deus  
 plura media, quibus punit peccatores, pu-  
 nit fame, gladio, peste, punit per malos  
 principes, &c. Peccatis igitur nostris ad-  
 scribendum, si contingat malus princeps.  
 Deinde, hoc verbo terret impios & ty-  
 rannos principes, quasi dicat, quid ita tu-  
 mes? quid ita tyrannicè agis & gloriaris  
 de oppressione aliorum, cum nihil sis ni-  
 si virga Dei? Nescis quis sit vsus virgæ?  
 Virga non percutit nisi ab aliquo diriga-  
 tur: virga alios meliores facit, ipsa insen-  
 sibilis manet: virga cùm puerum emen-  
 dauerit, in ignem proiicitur. Idem omni-  
 no contingit tyrannis. Sic minatur do-  
 Esa.10 minus regi Assyriorum in Esaia, Ité-  
 que regi Caldæorum in Hieremia, ca-  
 Esa.4 pi.25. Et in Esaia. Præterea hoc verbo ne-  
 dum tyrannos terret, sed etiam omnes  
 qui

qui alios affligunt, ut sciant se quoque ha-  
 bituros suum iudicem. Noli ob id glo-  
 riari, si pluribus malefacere potes, sed  
 si multis benefacias. Aliter intelligi-  
 tur dictum hoc: Interdum dominatur ho-  
 mo homini in malum suum, hoc est, in  
 suam ipsius perniciem. Sic Alexandro, Iu-  
 lio, Dario, plerisque Imperatoribus &  
 principibus, sua potestas exitio fuit & est,  
 quia propter eam plerunque occidun-  
 tur, &c. Ad hæc potestas nonnunquam  
 etiam ad animæ perniciem euadit. Quò  
 enim quis potentior est, eò maiorem oc-  
 casionem peccandi habet, ut quem nemo  
 audet arguere. Statim enim opponit illud  
 quod Amasias prophetæ increpanti olim  
 respondit: Num consiliarius regis es? 3. Par. 25  
 Quesce, ne occidam te. Præterea, quò  
 quis maiorem potestatem accepit, eò plus  
 rationem reddere cogetur. Hinc Sapiens,  
 Potestas à domino vobis data est, qui Sap. 6  
 & interrogabit opera vestra, &c. Vult  
 igitur Salomon dicere: Noli ambire  
 dominium super alios, sed nec superbias,  
 si tibi oblatum fuerit. Quò enim ma-  
 ior es, eò plures habes hostes. Dein-  
 de, eò magis indiges gratia Dei: postre-  
 mō, eò districtius rationem reddes. Vi-  
 des quām nihil aduletur principibus.

Huiusmodi prædicatores habere deberent principes, &c. Verum plerique imitantur **3. Re. vte.** impium Achab, qui Michæam non ob aliud odiebat, quam quod non ei diceret placentia.

**V**idi impios sepultos, qui etiam dum adhuc viuerent in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum.

Aliud malum aliique vanitas, & quidem frequentissima. Omnes enim appetimus iusti videri, pauci tamen iustitiae student. Omnes laudari cupimus, sed nihil laude dignum agimus. An non vanitas est? Quid prodest, si omnes te sanctum prædicent, cum in corde sis impius? At qui plerique sedent in loco sancto, habent sanctum officium, sanctum opus, sanctamque speciem, laudantur ab omnibus, & tamen sunt impij. Tales olim erant Pharisei, &c. Sed quid tandem fit? Quantumcunque impij honorentur, tamen dicit, Vidi eos sepultos, hoc est, & nomen & memoriam eorum simul occubuisse,

**Matt. 23** **Psal. 36** cut in Psalmo dicitur: Vidi impium superexaltatum quasi cedros libani, transi, ui & ecce non erat. Tu igitur custodi innocentiam, quoniam sunt reliquiae homini pacifico, iniusti autem disperibunt, &c. Nullus igitur de bonitate officij vel status

tus sui glorietur, nisi & ipse bonus sit. Nul-  
lus humana laude superbiat. Non enim 1. Cor. 10.  
qui seipsum commendat, ille probatus  
est, sed quem Deus commendat. Sic Pau-  
lus: Mihi pro minimo est, vt à vobis iudi- 1. Cor. 4.  
cer, &c. Veniet autem dominus, qui illumi-  
nabit abscondita tenebrarum, & tunc erit  
vnicuique laus à domino.

**Q**via non profertur cito contra malos sen-  
tentia, absque timore villo, filij hominum,  
perpetrant mala. Possumus ex hoc loco pri-  
mo videre vanitatem, imò impietatem cor-  
dis humani, vt quòd etiā ea in perniciem  
suam vertit, quæ singulari Dei bonitate  
conceduntur. Quid autem homini me-  
lius magisque consolatorium contingere  
potuisset, quām quòd Deus longani-  
mis est? Vbi mansisset Paulus, peccatrix  
illa in Euangelio, itēmque latro ille, imò  
omne humanum genus, si non fuissest  
Deus longanimis? Hinc est quòd scriptu-  
ra ubique eam Dei bonitatem miris ex-  
tollit laudibus, vt in Ioh. 3:19. Conuertimi-  
ni, &c. quia patiens est & longanimis, &c.  
Verū huiusmodi patientia Dei & lon-  
ganimitas, carnali homini venenum est,  
Hinc enim securitatem carnalem sibi  
concipit. Sic Adam cùm vidisset Euam Gene. 3:  
comedentem, nec tamen statim mori,

putauit verbum Dei irritum. Ea igitur Dei longanimitate incitatus, & ipse peccauit. Sic filij Israël videntes differri Dei com-

**Hier. 17** minationes, irrisorie dicebant: Vbi est ver-

**Psal. 72** bum domini? Veniat. Sic David in perso-

na omnium impiorum dicit. Et dixerunt,

**Psal. 73** Si est scientia in excelso, &c. Itemque, Si-

gna nostra non vidimus, iam non est Pro-

pheta qui arguat, & nos no cognoscet am-

plius. Poterat quidem Deus & posset sta-

**Num. 16** tim punire, sicut Angelum peccantem sta-

tim puniuit. Itemque Dathan & Abyron,

&c. Nadab & Abiu, Leuit. 10. Sed ideo dif-

fert pœnam, ut cōvertamur. Sic enim pro-

**Osee 11** misit, In faniculis Adam traham eos, &c.

**Hier. 31** Item, Omnes me cognoscent quia pecca-

**Num. 14** tis eorum miserebor. Itemque, Viuo ego,

implebitur gloria domini 'omnis terra.

**Rom. 2** Hinc Paulus, Ignoras quod benignitas

Dei ad pœnitentiam te adducit? Et Petrus,

Patienter agit proptervos, nolens aliquem

perire, &c. Hic igitur primò videmus;

quantum natura nostra corrupta sit, quæ

etiam bonis rebus omnibus abutitur. De-

**2. Mac. 6** inde videmus hic, verè dictum esse: Sta-

tim vltiones adhibere, magni beneficij

**Proh. 3** est. Quem enim diligit dominus, cor-

rripit. Sicut econtra longo tempore pro-

sperè agere in peccatis, iudicium est fu-

turæ

turæ damnationis. Hinc Moyses è domo Pharaonis profugit ad Iudeos afflitos, malens cum eis affligi, quam temporali prosperitate gaudere. Præterea videamus ex hoc textu, nos ad summum impietatis peruenissemus, ut qui nedum ex Dei longanimitate peiores efficiamur, sed etiam correpti & flagellati, tamen sine timore peccamus.

**A**ttamen peccator, ex eo quod centies facit malum, & per patientiam sustentatur, ego cognoui quod bene erit timentibus Deum.

Emphatica sunt omnia verba haec. Primum enim, non dicit Homo, sed Peccator, loquitur enim de his, qui pertinaciter peccant. Secundò addit, Centies, quasi magnam summam comprehendere volens. Et certè magna summa, centum peccata, & tamen quot sunt qui plura habent? Christiani hominis est non augere peccata, sed si quæ inciderint, per pœnitentiam abolete. Tertio addit, Sustentatur, verissimè dictum. Si-  
cut enim sterilem illam sicutum diu susten-  
tauit agricola, sic & Deus peccatorem sus-  
tentat vel tolerat. Quartò addit, Per Pa-  
tientiam, verè magna patientia, adueſſa  
rium quem occidere possis sustentare, ut  
impune insultet: Imò eidem benefacere,  
id quod Deus facit, qui solem suum ori-  
Matt. 5  
Luc. 13

ri facit super bonos & malos, &c. Quintò, Ego cognoui (inquit) audacter loquitur, nihil dubitans, nimirum diuinis promissiones attendens. Sextò, Erit bonum. Habent prius etiam nunc bona, sed maiora expectant in futuro. Septimò addit, Timentibus Deum. His enim solum promissa sunt bona, aliis etsi aliquando contingant bona, tamen non manent. Octauò addit. Qui verentur faciem eius, ne quis sibi ipsi blanditur, putans se vere timere Deum, cum magis timeat pœnam vel ignominiam. Ideo ad dicit, Qui verentur nihil aliud nisi faciem Dei. Vis igitur ut bene tibi sit, cura ut timreas Deum, &c.

Lyc. 19

Psal. 54

**N**on sit bonum impio nec pralongentur dies eius, sed quasi umbra transeant. Et haec verba emphatim habent. Primò, Non sit bonum (inquit) Videntur quidem babere impij bona, sed tamen eis bona non sunt, quia abutuntur eis. Secundò, Finaliter auferentur ab eis. Qui enim non habet, & quod habet auferetur ab eo. Secundò dicit, Non pralongentur dies eius, verissime dictum. Insperato enim venit pœna eorum: Et quia semper moliuntur & sperant infinita, antea moriuntur quam dimidium effecerint. Iuxta illud, Impij non dimidabunt dies suos. Tertio, Quasi umbra trans-

eant.

uentō,  
quitur,  
omis-  
n. Ha-  
a expe-  
ntibus  
nt bo-  
bona,  
ui ve-  
andia-  
m ma-  
. Ideo  
faciem  
vt ti-  
  
ur dies  
t hæc  
on sit  
abere  
sunt,  
er au-  
er , &  
dicit,  
mè di-  
orum:  
t infi-  
um ef-  
nidia-  
trans-  
eant.

eant. Et hoc verè dictum. Et si enim malos annos numerent, tamen nihil boni in eis operati sunt. Tempus gratiæ in fructuose pertransierunt. Postremò addit causam. Non timent (inquit) dominum. Hæc est enim causa omnium malorum, præsentium & futurorum. Non erim astra aut fatum tanta mala causant, sed impie-  
tas nostra.

**S**VNT IN SIBI quibus mala proueniunt, quasi ope-  
ra egerint impiorum. Et sunt impij, qui ita  
securi sunt, quasi opera in siborum habeant. Hoc  
verbo primò miratur iudiciorum Dei pro-  
funditatem erga iustos & iniustos, quod  
illos quidem quos veraciter amat, vide-  
tur negligere, imò omnibus eos malis sub-  
iicit. Exemplo sint Abel, Iacob, Ioseph,  
Moyses, Dauid, Prophetæ, Christus, Apo-  
stoli. Vnde & clamant, Propter te morti- *Psal. 43*  
ficamur torta die, æstimati sumus sicut o-  
nes occisionis. Exurge, quare obdormis,  
&c. Item, Spectaculum facti sumus mun- *1. Cor. 4*  
do, &c. Econtra impios, quos veraciter  
edit Deus, videtur omnibus bonis soue-  
re. Exemplo sint omnes impij. Hinc Da-  
uid, In labore hominum non sunt, &c. Ideo *Psal. 72*  
renuit eos superbia, &c. Item Iob, Sublema- *Iob 21*  
ti sunt impij, confortatique diuiriis, &c.  
ad longum. Hæc igitur duo valde ofsen-



dunt cor humanum, pœnam scilicet dif-  
ferri malis, & accidere mala bonis. Ideo au-  
tem toties nobis proponit Salomon hæc  
Dei iudicia. Primo, ut discamus Dei esse  
naturam & consuetum opus, iustos aduer-  
sis exercere, impios autem prosperis exca-  
care. Secundo, ut discamus res ipsas vel cau-  
fas quascunque, immo ipsos etiam homines  
iudicare, non secundum prosperitatem vel  
contrariam fortunam, sed secundum iusti-  
tiam & iniustitiam. Sic enim Christus do-  
Ioan. 7 cet. Nolite secundum faciem iudicare, sed  
iustum iudicium iudicate. Alioqui si secun-  
dum externam prosperitatem iudicare vo-  
lueris, condamaabis & Christum & Euangeli-  
um, immo omnem nationem filiorum  
Dei reprobabis, quos semper comitatur  
crux. Econtra Mahumetum cum impia le-  
ge sua & impios omnes iustificabis, ut  
quos plerunque sequitur prosperitas. De-  
inde hoc dicto miratur Salomon etiam  
mundi ingratitudinem, immo & cætitatem.  
Bonii mundo sunt inuisi, impij autem in-  
pretio. Liberatoribus mundi nihil est gra-  
tia, itemque his, qui prosunt mundo: Qui  
vero perdunt mundum & malis immer-  
gunt, illis abundè dantur omnia. Impij ple-  
runque vltores inueniunt & defensores, iu-  
storum autem causam nemo est qui defen-  
dat,

et dif-  
deo au  
n hæc  
ei esse  
aduer-  
excæ-  
el cau  
mines  
m vel  
iusti-  
us do-  
re, sed  
ecun-  
re vo-  
Euan-  
orūm  
tatur  
ia le-  
, vt  
. De-  
tiām  
tem.  
m in  
gra-  
Qui  
mer-  
j ple-  
s, iu-  
fen-  
dat,  
dat. Impios & inutiles homines non gra-  
uamur nutrire, pauperibus autem vel mo-  
dicum quid tribuere graue videtur. Sic di-  
ues epulo canes suos potius pascit, quam Lyc. 16  
Lazarum vel micis panum sustentat. Sed  
age, quia mundus iustos non recipit ut iu-  
stos, etiam non recipiet mercedem iusto-  
rum, sed econtra. Hæc autem toties incul-  
cantur, ut discamus quid sit mundus, nem-  
pe furibunda & ingrata bestia, quæ benefi-  
ciis efferatur, quæ nihil potest nisi exaltare  
impios, & opprimere pios: Nihil aliud no-  
bis expectandum.

**L**AUDAVI igitur letitiam, quod non esset homi  
ni bonum sub sole, nisi quod comedederet &  
biberet, &c. Errabundæ rationis humanæ  
sub rebus tam perturbatis vox hæc est, si-  
c ut & in Esaia: Edamus & bibamus, cras Esa. 22  
enim moriemur. Item in Sapientia, Venite Sap. 2  
fruamur bonis, &c. Solet & piis nonnun-  
quam talis cogitatio subrepere, quemad-  
modum & David de seipso. Et dixi, ergo si  
ne causa iustificauit cor meum, &c. Verum  
pij non ob id impiorum vitam sequuntur.  
Potest etiam dictu hoc intelligi, ut sit consi-  
lium Salomonis, quemadmodum & supra  
hoc ipsum pluries commemoravit, ut sit  
sensus, Cum tam peruersè mundus agat, ni-  
hil melius agere potes, quam ut quieto sis  
animo,

Psal. 72

- animo. Vt e presentibus cum gratiarum  
 actione, committe te Dei voluntati, in pro-  
 speris cogita aduersa, in aduersis spera pro-  
 Phil. 4 spora. Sic Paulus fecit, Scio (inquit) abun-  
 2. R. g. 15 dare & penuriam pati. Sic David: Si dixerit  
 mihi, Non places. præsto sum, &c. Sic Job,  
 Job 2 Si bona suscipimus de manu domini, &c.  
 mala quare non sustineamus? Spiritualiter  
 autem verissimè dictum est omnibus rebus  
 præferendam esse latitudinem cordis, quæ cau-  
 satur ex bona conscientia. Bona autem con-  
 scientia non aliunde quam in Christo que-  
 1. Ioan. 2 renda est: Ipse enim propitiatio est pro pec-  
 catis nostris. Bene igitur dicit, Nihil me-  
 Joan. 6 lius esse quam comedere & bibere non car-  
 nalia, sed panem vitae, & aquam salutis. Hic  
 enim nascitur bona conscientia, & ex con-  
 sequenti latitudine cordis. Panis enim vitae,  
 qui Christus est, verè confirmat cor, & vi-  
 num nouum quod Christus propinat, lati-  
 ficat cor hominis.

**E**t apposui cor meum, ut scirem sapientiam,  
 & intelligerem dissensionem quæ versatur  
 in terra. Mundus omnia adscribit suo la-  
 bori & industria. hoc autem Salomon reie-  
 cit cum dicit: Est homo, qui diebus ac no-  
 etibus non capit somnum oculis, &c. & ta-  
 men quanto plus laborauerit, tanto minus  
 inueniet, &c. Labor medium quidem est,  
 quo

quo Deus dat sua dona , verum non labori nostro adscribendū est, sed Deo. Non enim 1. Cor. 3 qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Quam nihil autem efficiat labor noster sine Deo, exemplo sunt Philosophi, qui per terram & mariā sapientiam quæsierunt, verum nihil effecerunt, quod & ipsimet confessi sunt. Pythagoras enim tot perlustratis regionibus, non tamē sapientem se ausus est dicere, sed Philosophum, hoc est, amatorem sapientiæ. Socrates ingenuè fassus est, se hoc tantum scire, quod nihil sciret. Et quod plus laborarunt, ed minus inuenierunt, nec mirū, quid enim in rebus creatis inuenire potest, qui ipsum creatorem non videt ? Quomodo posset cæcus iudicare & cognoscere res externas, qui ipsum solem non vider? Non poteris videre res externas, nisi præsente sole vel lumine, sic nihil in creaturis inuenies, nisi prius Deum habueris. Quod si qui Philosophorū ausi fuerint dicere, se rationem rerum omnium inuenisse, falsò dixerūt. Ceterum, quod de Philosophis iam dictū est, etiam in nobis cōtingit, si in ratione & studio nostro tantum confidamus , &c. Doceatur igitur omnia cū Deo incipere & agere, fructū nque omnem non nostræ industriæ aut labori, sed Deo adscribere.

## CAPUT IX.

**I**N hoc capite pergit Salomon in recensenda ratione nitate mundi, volens nimirum præmonere, re contra aduersos casus nos spiritualibus armis præmuniamus: Cautius enim incedit, qui de periculis præmonitus est.

**M N I A** hec traxi in corde meo.  
**S**æpius repetit suam in vestigandis rebus diligentiam, nimirum subindicans, plurima circumspectione & vigilantia opus esse ei, qui velit omnes vitare laqueos. Si enim Salomon tam diligens veltigator rerum alicubi cecidit, quid de his sperandum, qui nunquam oculos aperiunt? Hinc motto Pet. 5 net Petrus, Sobrij estote & vigilate, &c. Ephes. 5 Et Paulus, Videte quomodo cautè ambuletis.

**S**VNT iusti & sapientes, & opera eorum in manu Dei. Intelligitur primò de his, qui sibi videntur iusti & sapientes, magnis de suis meritis præsumunt, sed tamen opera eorum sunt in manu Dei, hoc est, quantumcunque iacent merita sua, tamen opera eorum non plus valent, quam à Deo aestimantur. Magni aestimabat Pharisæus ille Luc. 18 opera sua: Deus (inquit) gratias tibi ago, quod

quod non sum sicut cæteri, &c. Verum Christus Publicanum prætulit. Magni æstimabant alij Pharisæi opera sua, sed Christus dicit: Recepereunt mercedem suam. Do- Matt. 6  
cemur igitur hic, ne vñquam fidamus iustitiæ & sapientiæ nostræ, sed ei tantum, in cuius manu sunt opera nostra. Secundò intelligitur locus hic, de his qui verè iusti sunt, qui & ipsi interdum dubitant, num quæ faciunt grata sint Deo. Contra hanc tentationem oportet nos esse præmunitos verbo Dei. Primò enim quæ Deus præcepit, certi sumus quod ei placent. Deinde videmus ingentes promissiones datas seruantibus præcepta Dei. Ad hæc habemus exempla Patrum, in quibus videmus promissiones eas completas. Hinc igitur nosipso confirmemus, certique sumus opera nostra, quæ secundum præcepta Dei facimus, Deo placere. Potest & hæc sententia simplicissimè intelligi, quod eorum qui iustitiæ student, & sapientiam veram habent, opera, verè in manu Dei sunt. Videntur quidem opera transire, verum Deus omnia ea conseruat ad tempus retributionis. Vbi autem melius reponere posses opera tua, quam in manum Dei? Stude igitur iustitiæ & veræ sapientiæ, & non erunt frustranea opera tua.

Hiejo

Hieronymus hanc locum sic transtolit,  
 Et serui eorum in manu Dei. Sensus est,  
 Magnæ quidem estimationis & utilita-  
 tis, immo & sammē necessarij sunt in Eccle-  
 sia iusti & sapientes, prædicatores, pæda-  
 gogi, &c. Sed serui & discipuli eorum in  
 manu Dei sunt, perit & labor & impensa,  
 ni dominus det incrementum. Subducen-  
 te enim Deo gratiam, nihil efficiet vel præ-  
 dicatoris clamor, vel pædagogi diligentia,  
 vel cuiusque etiam patris familiæ vigilan-  
 tia. Hac igitur sententia reprimit gloria-  
 tionem eorum, qui statim cristas erigunt,  
 sicubi discipuli proficiunt. Profectus enim  
 & incrementum Ecclesie, opus solius Dei

*2. Cor. 10* est. Qui igitur vult gloriari, in domino glo-  
 rietur. Docemur & hic, ut in omni opere  
 nostro ad Deum respiciamus, & cum ipso  
 incipiamus.

*Hebr. 11* **N**escit tamen homo, utrum amore vel odio  
 dignus sit. Cum fides nihil aliud sit,  
 quam substantia sperandarum rerum, &c.  
*Ioan. 16* ~~nam nihil aliud fidei~~  
~~est amor fratrum~~  
~~nam si fratres non amaverint~~  
~~mirum videri posset, quod hic dicitur,~~  
~~Nescit homo an amore dignus sit, cum~~  
~~Christus dicat: Ipse Pater amat vos. Et~~  
~~Prophetæ toties de securitate fidelium lo-~~  
~~quantur. Item, cum scriptura certò affir-~~  
~~met,~~

met, quod Deus altissimus odio habet pec *Eccle. 12*  
 catores: Quomodo hic dicitur, Nescit ho-  
 mo an odio dignus sit? Imo omnis pecca-  
 tor certus est, quia in odio Dei est, quam diu  
 in peccatis manet. *S*esus igitur huius dicti  
 est, etiam sanctos pro hoc tempore non  
 dum securos esse. Securi quidem sunt, qua-  
 tenus credunt. Iuxta illud, *Spe salvi facti*  
 sumus. Verum, ut fide misericordiam Dei *Rom. 8*  
 norunt, ita fideli timore se diuinæ volun-  
 tati iudicandos & damnandos permittunt,  
 ut dent gloriam Deo. Sic David: Si inuen-  
 ero gratiam in oculis eius, reducet me, &c. *2. Reg. 18*  
 Summa, non potest nec debet à fide timor  
 separari: *Fide*

re vel odio  
 aliud sit,  
 rum, &c.  
 .  
 e dicitur,  
 sit, cum  
 vos. Et  
 lium lo-  
 rto affir-  
 met,

timor autem respicit iudicium Dei &  
 opera nostra, & secundum hoc, nescit ho-  
 mo an amore vel odio dignus sit. Hinc *Roma. II*  
*P*aulus, Tu fide stas, ne efferraris animo,  
 sed time. Hieronymus sic transtulit hunc  
 locum, Et quidem charitatem & quidem  
 odium non enim cognoscens homo, omnia  
 in facie eorum. Potest autem primò re-  
 ferri ad homines iustos & sapientes, qui  
 etiamsi omnem diligentiam adhiberint  
 erga alios conscientem an grati vel in-  
 grati futuri sint subditi. Sic Salomon sa-

3. Reg. 12 pienter regnauit in pace & opulentia, & tam  
men defuncto eo statim queruntur de iu-  
go, immemores omnium beneficiorum  
eius. Sic Dauid optimus Rex erat, qui Is-  
raëlem ab omnibus hostibus liberauerat,  
& tamen eundem populum in vita & post  
mortem ingratissimum expertus est. Nam

2. Reg. 15 viuente eo descierunt ad Ablalōnem,  
 & 20 & ad Seba filium Bochri, & eo mortuo,  
 3. Reg. 12 omnino defecerunt à domo eius tempore  
 1. Ioann. 5 Roboam. Resteigitur Ioannes dixit, mun

3. Reg. 12 C

I. Loans.

& locus hic referri ad Deum, ut sit Ies-  
sus, Habet Deus quos amat, habet & quos  
~~quosdam~~ elegit, quosdam reproba-

Magaz. I

xi. Esau autem odio habui. Nemo tamen ex seipso scire potest, quem Deus datur, quem non. Non potes ex facie hominis iudicare, an electus sit vel non. Nec ex prosperitate externa, nec etiam ex adversitate. Vtunque enim & piis & impiis accidit: Et nescis utrum quis ad probationem sustineat quae sustinet, an ad supplicium. Nemo igitur alium ex rerum extenso euentu iudicet, siue prospero siue adverso.

Digitized by

**V**Niversa & quæ eveniunt iniusto & impio.  
 Rationem reddit, quare nemo ex his  
 quæ externe accidentū iudicare possit, quis  
 electus vel reprobis sit. Si solis bonis bo-  
 na, solis malis mala acciderent, facile iudi-  
 care possemus, quis Deo placitus vel non  
 esset. Verum æqualem videmus esse utrius-  
 que, tum iusti tum iniusti, euentum. Iu-  
 stis, quidem, hoc est, qui erga proximum  
 iuste viuunt, magna promissa sunt, ut  
 est illud: Estote misericordes, &c. Noli-  
 te iudicare, & non iudicabimini: Date  
 & dabitur vobis, &c. Interim tamen vide-  
 mus etiam pauperum oppressoribus Bo-  
 na accidere, ut Antiocho, Nabuchodonosor,  
 &c. Econtra his, qui iniuste viuunt  
 erga proximos, multa mala comminatur  
 scriptura. Ut, Qui obturat aures ad cla-  
 morem pauperis, & ipse clamabit & non  
 exaudiatur. Item, Viduae & pupillo non  
 nocebitis, &c. clamabunt enim ad me, &  
 exaudiam eos, &c. Interim tamen vide-  
 mus eos qui iustissime viuunt erga proxi-  
 mos, aduersa sustinere, ut Iob. Sic bonis be-  
 nedictio, malis maledictio in lege promit  
 titur, & tamen videmus & bonos maledi-  
 ctionis, & malos benedictioni obnoxios.

Luca 6

Proœ. 21

Exod. 22

Dan. 23

- Matt. 5 Si gemitus dicitur, Beati mundo corde,  
quoniam ipsi Deum videbunt, &c. Item,
- Psal. 33 Quis ascendit in montem domini, &c. in-  
nocens manibus & mundo corde, &c. Itē,  
Domine, q̄s habitabit in tabernaculo tuo,
- Tit. 1 &c. Qui ingreditur sine macula, &c. Con-  
tra, de immūdis dicitur, quodd impuris om-  
nia impura sint, & tamen si communē re-  
rum cursum attendas, videbis quod contra  
scripturam immundo non aliter plerūque  
cedat, atque mundo. Sic Deum colentibus  
magna promissa sunt, econtra in Deū im-  
pijs magna comminata. Verū tempore  
veteris legis plerunque nihilo melius ha-  
bebat frequentior sacrificans, illo qui ni-  
hil prorsus in sacrificia impenderet. Sic &  
nunc sunt, qui frequenter memoriae sacri-  
ficij illius, quod Christus pro nobis fecit,  
hoc est, Missæ assistunt. Alij autem nun-  
quam, & tamen eandē fortunam sentiunt.  
Sic plerique corpora sua redigūt in serui-  
tutem & oblationem Dei, alij autē in om-  
nia genera libidinum ruunt, & tamen neu-  
ter alteri vel pilo fortunatior est. Sic in-
- Exod. 20 ge scriptum est, Non erit impunis, qui no-  
men domini in vanum assumpserit. Atta-  
men videmus plerosque fidefragos & apo-  
statas felicissimè viuere, alias autem qui  
iuramenti tenaces sunt, miseros esse.

Hoc

**H**oc est pessimum inter omnia quæ sunt,  
quod eadem cunctis eueniunt. Cum Deus  
& prospera & aduersa immittat. Iuxta il-  
lud: Dominus formás pacem & creans ma- Isa. 45  
lum, non ad Deum referendum est, quod  
hic dicitur, quasi ipse malè in hoc faciat,  
quod nonnunquam bonis aduersa, malis  
prospera immittit. Ipse enim bene om- Marc. 7  
nia facit, sed ad homines referri debet,  
qui hinc plurimum offenduntur. Ideo  
subdit:

**V**NDE & corda filiorum hominum imple-  
tur malitia, & contemptu in vita sua, &  
post hæc ad inferos deducentur. Primò enim,  
quidam ob id deserunt mundum, nolen-  
tes seruire ingrato mundo, quemadmo-  
dum Philosophi fecerunt. Alij autem in  
omnia vitia præcipites eunt, nō ob aliud,  
quam quod vident eundem euentum &  
iusti & impij. Hinc enim putant omnia à  
fortunæ alea pendere, putantque vanum Malac. 3  
esse seruire Deo. Hinc nullis neque pro-  
missionibus nec minis, nec doctrina, nec  
admonitione ad melioris vitæ frugem  
adduci possunt, nec ad ciuilem quidem hon-  
estatem, tantum abest, ut ad Christianam  
illam se adduci sinant. Signanter  
autem dicit, Corda filiorum hominum  
implentur malitia. Filij enim Dei nec

**Matt. 5** ideo cessant seruire mundo, hoc est, Reipublicæ, sed imitantur patrem, qui pluit super bonos & malos. Nec ideo peccat, quod unus omnibus est euentus, sed finem attendunt. Interim autem satis habent se esse certos, res aliquando omnes & proprius & exactius discussum iri, siue hoc fiat citius, siue proteletur diutius.

**N**emo est qui semper viuat, & qui huius rei habeat fiduciam. Ab hoc loco parat Salomon exhortationem, ut faciamus bonum quamdiu possumus. Primo autem allegat breuitatem vitæ, quasi dicaret: Quid indignaris, si non omnia ex sententia contingant? Si iustis non continent bona hic, certum est, quod in futuro contingent, quia Deus mentiri non potest. Econtra, si malis non hic contingunt mala, certum est, quod in futuro contingent. Noli igitur frangi aduersis, si iustus es, quia non semper in aduersis viues. Noli superbire in prosperis si impius es, quia nemo semper viuit. Hieronymus sic trans tulit hunc locum, Est confidentia. Alij autem, Dum viuitur securè agitur, quasi dicat: Noli sic contemnere vitam, quia confidentia est, hoc est optimum apud mortales est spes vel fiducia. Qui enim sunt viuentes inter homines, spem adhuc reliquam

liquam habent. Non igitur desperandum de viuis, secus autem de his, qui in peccatis mortui sunt, ideo subdit:

**M**elior est canis viuus, leone mortuo. Aliqui totum hunc locum expnunt allegoricè, per canem viuum, Gentiles conuersos intelligunt. Gentilibus enim dictum fuit: Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus. Per leonem autem mortuum Iudeos, de quibus dictum fuit: Ecce populus ut caro Nume. 23 iconis consurget. Melior est igitur canis viuus leone mortuo: quia Gentilis conuersus cognoscit patrem, filium, & spiritum sanctum. Iudei vero nihil sciunt, nec expectant aliquam mercedem, sed perit Psal. 138 etiam memoria eorum. Dilectio quoque, qua olim diligebant Deum, periit. Periit & odium eorum, de quo confidentes olim dicebant: Nonne odientes te domine Nume. 25 oderam. Periit & zelus eorum, iuxtra quem Phinees olim zelatus est. Et Matha 1. Mac. 2 tiae intremuerunt poplites. Perspicuum autem est, quod pars eorum non amplius est in hoc seculo. Non enim possunt dicere, Pars mea dominus. Alij volunt Salomonem hic loqui in persona carnalium, qui tametsi in aduersis mortem non nun-

quam præferant vitæ, sicut supra in persona eorum dixit. Laudaui mortuos magis quam viuentes, prosperis tamen aduentibus, vitam in immeosum laudant, mortuos quoscunque quasi omnino desierint esse contemnunt, tunc enim videtur eis canis viuus melior esse mortuo leone. Præterea, carnalis homo iudicat mortuos omnino nihil scire, eorum memoriam omnino periisse, nihil eis mercedis superesse, & cætera quæ hic commemorantur. Sed fallitur carnis iudicium. Potest & locus hic assertiæ intelligi. Primo ut & canis & leo ad impios referatur, ut sit sensus: Peccator viuens melioris conditionis est, quam peccator mortuus, quam diu enim viuit, potest fieri iustus, post mortem vero nullus conuerti potest. Secundo, per canem viuum possumus intelligere peccatorem in præsenti vita: Per leonem mortuum, iustum, qui in gratia decessit, & fortiter vicit diabolum, ut sit sensus, Peccator viuus potest melior fieri iusto iam mortuo, si voluerit in eius transire virtutes, imo potest fieri ex nouissimo primus. Tertio per canem potest intelligi humilis & abiectus quisquam: per leonem autem, qui potentia & diuitiis superbis, ut sit sensus. Quantumcunque humil

Matt. 20

humilis & despectus videaris, quantumcunque te leo ille, hoc est, potentia superbiens premat, tamen melior esse potes coram Deo quam illle. Ille autem quantumcunque nunc glorietur, tamen post mortem nihil erit. Vidi impium exaltatum, *Psal. 36* transiui & non erat. Generaliter autem, cōferuntur hic viuentes & mortui, & de viuentibus quidem vnum hoc dicit:

**V**iuentes enim scūt, se esse morituros. Optima planè & utilissima scientia, quæ vel solapios à malis retrahit, & ad bona extimulat. Iuxta illud: Memorare nouissimata tua, & in æternum non peccabis. Mortuorum autem conditiones ad longum describit. *Eccles. 7*

**M**ortui vero nihil nouerūt amplius. Cūm generaliter hic loquatur, non sic potest intelligi locus hic, quasi mortui omnino nihil sciant: Alioqui etiam sancti mortui peioris essent conditionis post mortem, quam in hac vita fuerunt. Hic enim positi, & etiam carne grauati, tamen Deum cognoscere potuerunt. Si igitur post mortem omnino nihil scirent, magno hoc bono priuati essent. Et quid opus erat tanto pere exoptare mortem, si post mortem peioris conditionis essent? Atqui Paulus mortem non semel optauit, ut cūni dixit:

**Roma.** 7 Infelix ego homo, quis me liberabit, &c.  
**Philip.** 1 Item, Cupio dissolui, & esse cum Christo.

Sic igitur intelligendus est locus hic, Mortui, maximè impij, nihil amplius sciunt, hoc est nullum medium, quo possint ad bonum reuerti. Vel sic, Videntium aures frequenter rerum nouarum rumusculis titillantur: ita, ut plus atque plus eos viuere iuet. Mortui vero nihil nouarum rerum audiunt, quemadmodum olim viuentes in mundo audierant.

**N**e habent ultra mercedem. Nec hoc sic intelligendum est, quod mortui nullam habeant remunerationem: Sed ita, quod non sunt amplius in statu merendi. Nihil enim valent adjicere ad ea, quae semel secum tulere de vita: Hic enim est tem-

**Hier.** 31 pus laboris. Nunc enim dicitur, Est merces operi tuo. Item, Labor vester non erit **Gala.** 6 inanis. Item, Non deficiamus seminando, tempore enim suo metemus non deficientes.

**O**blivioni tradita est memoria eorum. Nec hoc sic intelligendum, quod mortuorum nulla amplius futura sit memoria: Sed vel ad homines viuos referendum est, qui mortuorum statim obliiscantur. Vel, si ad Deum referas, oportet ut de impiis intelligas, quorum Deus obliiscitur; in quantum non dat eis pene-

nitentiae locum, licet sint in memoria eius  
ad puniendum.

**A** Mor quoque & odium & inuidiae perie-  
runt. Actiuē intelligi possunt hac  
ut supra, quasi diceret, Beneficia quæ fa-  
ciebant amando, obediendo, &c. tradita  
sunt obliuioni. Vel aliter, Mortui nulli  
amplius sunt occasio vel amoris, vel odij  
vel inuidiae.

**N** Echabent partem in hoc seculo, &c. Non  
sicut intelligēdum, quod mortui omni-  
no exclusi sint ab Ecclesia, aut quod nul-  
lam partem habeant eorum quæ sub sole  
sunt. Alioqui Abraham omnēsque ante  
Christi aduentum mortui, nullam ha-  
buissernt partem in his quæ Christus super  
terram gessit, id quod falsissimum est. San-  
guis enim Christi, nedum præsentibus tūc,  
sed & præteritis & futuris profuit. Sed in-  
telligitur dictum hoc, de rebus externis, ut  
sunt diuitiae, voluptates, honores, in his  
mortui nullam habent partem amplius.  
Per omnia igitur prædicta Salomon innue-  
re vult pretiositatem & cōmoditatem præ-  
sentis temporis, ne quis illud negligat. Ec-  
ce enim nunc tempus acceptabile, &c. 2.C. 267.

**V** Ade ergo & comedere in latitia panem,  
& bibe cum gaudio vinum tuum. Si-  
cūt solitus est Salomon post commemo-  
rationem,

rationem vanitatis in mundo, subiicere consolationem & exhortationem, sic & facit. Videntur autem verba hæc admodum carnaliter sonare. Ne quis igitur offendatur, primò considerandum est, quod Salomon in hoc libro Ecclesiastes est. Atqui prædictor carnalia docere non debet, nec oleum igni addere. Hinc igitur certum est, Salomonem nihil hic carnale docere. Secundò considerandus est scopus libri, qui est, ut discamus timere Deum. Atqui timor Dei & voluptas carnis, simul stare non possunt. Aliud igitur quiddam Salomon hic docere vult, quam quod verba sonant: Aliqui igitur volunt, quod hic loquatur tantum in persona impiorum, quo-

*Cap. 2.* rum vox est: Exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostræ, &c. Venite igitur frumentis bonis, &c. Sic & eorundem consilium est, quod hic ponitur: Vade, comedete panem, &c. quasi dicant. O homo, quia post mortem nihil es, & ipsa mors nihil est: audi consilium meum, & dum viuis in hac breui vita, vtere voluptate, &c. Secundum hunc igitur sensum, Salomon hic ostendere vult damnata illa carnis consilia, quæ semper ad peiora declinant. Alij hunc locum ad allegoriam trahunt, ut sit sensus. Cuius opera Deo placet, nequaquam indigere

gere poterit vero pane qui de cælo descen- *Ioan. 6*  
 dit:& vero vino, quod nouis vtribus com- *Matt. 9*  
 mitti iussit Christus. Huc ipsa sapientia  
 Dei nos inuitat: Venite, comedite panes *Pro. 9*  
 meos,& bibite vinum meum. Et Christus:  
 Si quis sit, veniat ad me, & bibat. Vesti- *Ioan. 7*  
 mesta candida, corpus mundum signifi-  
 cant. Monet igitur, vt ambulemus hone- *Ephes. 6*  
 stè, sicut in die, vt induamus benedictio- *Psal. 108*  
 nem & non maledictionem, quemadmo-  
 dum Iudas, &c. Deinde, vt induamus vi-  
 scera misericordiæ, &c. Postremò, vt de-  
 posito veteri homine, induamus nouum.  
 Oleum, cuius natura est, vt & lumen a-  
 lat, & fessorum resoluat laborem, Spir-  
 itus sanctus est, vel gaudium conscientiæ.  
 Iuxta illud, Vnxit te Deus oleo lætitia, &c. *Psal. 44*  
 Hoc oleo vultus noster exhilarandus est, *Matt. 6*  
 hoc ieunantes ad vngendum caput habe-  
 re debent, quod peccatores habere non pos-  
 sunt, quibus dicitur, Non est malagma im- *Esaiæ 1*  
 ponere, neque oleum, neque alligaturas,  
 &c. Habet autem impij aliud oleum, quod  
 iustus deprecatur. Oleum (inquit) peccato- *Psal. 140*  
 ris non impinguet caput, &c. Mulier, quam  
 diligere suadet, sapientia est, de qua dicitur:  
 Ama illam: & seruabit te: amplectare il-  
 lam, & circundabit te. Pulchrè autem præ-  
 cipit, vt in diebus vanitatis nostræ vitam  
 vna

um sapientia vxore queramus. Hæc enim pars nostra, hic fructus laboris, si in hac vita vmbritili veram vitam & sapientiam inueniamus. Tantum de allegoria huius loci. Simplicissime autem intellegendo hunc locum eundem habet sensum, quem & supra s̄æpe posuit, nempe nihil melius esse, quām ut quis læto & pacato animo sit, & rebus præsentibus vtatur cum gratiarum actione. Lætus autem & pacatus animus nusquam acquiritur nisi fide in

*2. Cor. 1* Christum, qui est iustitia, securitas, & redemptio. Christo autem per fidem suscep-  
to, statim pacem & gaudium habemus in

*Rom. 5* conscientia, quia iustificati per fidem, pacem habemus, &c. Quicquid deinde ex fide & corde tranquillo proficiscitur, non potest non placere Deo, ideo subdit:

*Q* Via Deo placent opera tua. Hæc est summa sapientia spiritus, agnoscere se habere Deum propitium, & cui placent opera nostra & actiones, sicut Pau-  
*Rom. 8* lus dicit: Spiritus dat testimonium spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Nisi enim immerget se cor nostrum in diuinam voluntatem ac beneplacitum, nunquam potest amaritudinem suam expellere. Pulcherrimum autem ordinem ponit. Primò cura ut tu placeas Deo, quod sit per

sit per fidem in Christum. Dedit enim po- Ioan. 13.  
 testatem filios Dei fieri credentibus in se.  
 Secundò, cùm tu places Deo, placent &  
 opera tua. Tertio, cùm scis placere Deo  
 opera tua, cum gaudio operaris. Eius au-  
 tem qui credit, nedum opera fidei & chari-  
 tatis Deo placent, sed etiam externa. Hinc  
 Paulus, Siae manducemus siue bibamus, Rom. 14.  
 domini sumus. Ideo & Salomon hic ea  
 opera enumerat, in quibus consistit exter-  
 na hæc vita, ut sunt comedere, bibere, ho-  
 nestè lètari, vestiri mundè, nubere, &c. Sic  
 Deo placebant etiam conuiua sanctorum,  
 vt Abrahami, filiorum Iob, &c. Quia  
 ipsi Deo placebant. Hinc Esdras, Ite co- 2. Esd. 3.  
 medite pinguia, &c. Gaudium etenim  
 domini est fortitudo vestra. Sic placuit  
 Deo regius ornatus Dauidis & Esther,  
 quia ipsæ personæ Deo placebant. Sic  
 placuit Christo nuptiale conuiuum, quia Ioan. 2.  
 ipsi conuiuentes ei placebant. Sic pla-  
 cent Deo labor agricolæ & artificis, cura  
 patrisfamiliæ, seruitium famulorum, &c.  
 si ipsæ personæ placeant. Insuper, quod si  
 etiam non prouersus ex omni parte næuo  
 careamus, tamen Deus conniuet, quemad-  
 modum pater in filio dilecto etiam pati-  
 tur quod totas noctes plorat, nunquam  
 passurus eadē ab inimico suo. Sic & Deus.  
Monet

Monet igitur Salomon, ut primò omnium placere studeamus Deo, & tunc nobis persuademus omnia quoque nostra placere Deo, siue cælibatus, siue coniugium, siue manducatio, siue iejunium, &c. Signanter autem dicit: Panem tuum, vinum tuum, vxorem tuam, &c. ne quis putet etiam alienis vti sibi licere. Deinde, quod hic de lætitia & hilariori vita dicit, non intelligendum est de crasso illo ac bestiali gaudio, quod mundus ostendit, sed de ciuili, honesto & decēti gaudio quod inter bones amicos in fide & charitate & timore Dei ori-ri solet.

**Q** uodcumque potest facere manus tua, instanter operare. Hec est altera pars exhortationis, qua obuiat otiosis illis, qui cum vident mundum ingratum, & sentiunt molestiam, nihil deinde volunt operari.

**Ioan. 9** Eundem autem sensum habet, cū eo quod Christus ait: Operamini dum dies est, venit

**Gal. 6** nox, quando nemo operari potest. Et Paulus, Dum tempus habemus operemur bonum. Singula autē verba emphatica sunt. Primò, quod ait: Quodcumque, ne quis putet sibi sufficere, si semel bonū fecerit. Secundò, Instanter operare. Et subdit causam:

**Q** uia nec opus nec ratio, nee sapientia nee scientia, erunt apud inferos. Non sic intelli-

intelligendum, quod in futuro seculo nulla futura sit ratio, vel scientia: Alioqui quomodo beati esse possent electi quique, si nihil scirent aut sentirent. Aut quomodo possent esse miseri damnavi, si nihil sentirent? Sed sic intelligendum, ut sit sensus. Quicquid tibi exequendum iniunctum fuerit in hoc seculo, id diligenter exere-re. Non est quod differas in aliud secu-lum. Te enim mortuo, simul tibi aufere-tur omnis operandi copia. In altero mun-do, nemo tuis indigebit operibus, sapien-tia, aut scientia, sed tum decernentur præ-mia piis & impiis. Hic igitur tempus est eruditio-nis, sapientiam, scientiam felici-ter impendendi, non autem post mortem. Alij sic transferunt, quodcunque inuenierit manus tua, fac, &c. Ut sit eadem forma lo-quendi, qua & usus est Samuel ad Saulem. 1. Reg. 10  
 Quando euenerint tibi signa haec, fac quæ-cunque inuenierit manus tua, quia domi-nus tecum est, &c. Inuenierit, hoc est quod præsto est, quod Deus obtulit, ut sit idem cum eo, quod Paulus dicit, Vnusquisque 1. Corin. 7 in sua vocatione permaneat, &c. Si donum continentiae accepisti, eo vtere in domi-no: Si in coniugium vocatus es, etiam ipso confidenter vtere: Si potestas obti-gerit, ea vtere in domino, &c. Et sic de

aliis statibus. Vno igitur hoc verbo omnes nos ad strenuitatem operis inuitat. Observa quod infernus hic non significat locum damnatorum, sed iuxta familiarem scripturæ consuetudinem, extremam lineam virtutum huius, ipsamque corporis mortem, vel cer-

**Genes. 37** tē sepulchrum, velut Jacob ait: Descendam lugens ad filium meum in infernum.

**Num. 16** Et in Numeris, Descenderunt viui in infernum.

**V**erbi me ad aliud, vidiq; sub sole. &c.  
Quia supra admonuerat, ut instanter operemur quæcunque occurrerint: Nunc ne quis de suis viribus presumat, ostendit, non esse in potestate & viribus nostris, ut salutem consequamur, & ea quæ legis sunt exequamur, nisi adsit auxiliū eius, qui

**Ioan. 15** dicit: Sine me nihil potestis facere. Potest autem dictum hoc Salomonis referri & ad spiritualia, & ad externa vel mundana. Si ad spiritualia referatur, eandem sententiam habet cum eo, quod Paulus ait: Non est volentis nec currentis, sed miserentis Dei. Hanc sententiam probat Salomon diffuse, Primò ponit quinque ad salutē spectantia, ea sunt cursus, pugna, panis vel cibus animalium, divitiae spirituales & gratia Dei. Deinde ponit alia quinque, quibus homines putant se & posse consequi salutem, & ea

quæ

quæ salutis sunt exequi. Ea sunt velocitas,  
fortitudo, sapientia, prudentia, prompti-  
tudo operis. Demum ponit suam senten-  
tiam. Vidi(inquit)& expertus sum quod  
velocitas nostra non sufficit ad cursum:  
Fortitudo nostra non sufficit ad pugnam,  
&c. Sic multi fuerunt velociæ in cursu,  
qui tamen ad metam non peruerterunt,  
quales fuerunt qui dicebant: Omnia quæ- Exod. 24  
cunque præcepit dominus faciemus. Sic  
multi fuerunt fortes, ut Moyses Dauid,  
Petrus, qui tamen in pugna ceciderunt.  
Sic multi fuerunt sapientes, qui tamen  
verum animæ cibum non habuerunt,  
ut Philosophi. Filij(inquit) Agar exqui- Barne. 4  
sierunt prudentiam, sed viam disciplinæ  
nescierunt, propterea perierunt. Sic filii Luc. 15  
seculi prudentes sunt in generationibus  
suis, sed tamen ad veras diuitias nunquam  
pertingunt. Sic Pharisæi strenui erant in Matt. 5  
operibus suis, scilicet sacrificiis & oratio-  
nibus, & tamen gratiam Dei per hæc ob-  
tinere non poterant. Non igitur est vo. Rom. 9  
lentis neque currentis, sed miserentis Dei.  
Docet igitur Salomon hac sententia, ut  
ante onus Dei auxiliū imploremus, alio  
qui frustra laboraturi. Secundo, docet ut na-  
ralibus donis qualia sunt velocitas, sapientia,  
&c. sic utamur, ne tamē in eis confidamus.

Tertiò docet ut & salutem & ea quæ sunt  
ad salutem, finaliter Deo adscribamus. Pos-  
sumus & hoc dictum Salomonis de mun-  
danis rebus intelligere, & tunc eundē sen-  
sum habet cum eo quod Christus dicit. Pa-  
Ioah. 5 ter meus usque modo operatur, & ego ope-  
rator. Item cum eo quod Paulus dicit: Ipse  
1. Cor. 12 operatur omnia in omnibus, Item, Ex ipso  
Rom. 11 & per ipsum & in ipso sunt omnia. Hoc  
autem Salomō probat pluribus exemplis.  
Primō (inquit) Vidi sub sole.

**V**elocius non esse cursum. Mundus putat  
nihil utilius & certius esse ad evadē-  
da pericula, quam velocitatem. Et quidem  
velocitas & fuga interdum prodest. Sic  
enim & David & Paulus, & plura pericula  
fugiendo evaserūt. Quod autem nemo sua  
velocitate omnia possit euadere pericula,  
**Hier. 46** ex hoc uno Hieremiæ verbo patet: Velox  
(inquit) non effugiet, & fortis sua non eri-  
piet fortitudo. Idem voluit Christus cùm  
**Mat. 24** diceret: Orate, ne fiat fuga vestra hyeme  
vel Sabbato. His enim verbis indicat tan-  
tam futuram calamitatem, quam nemo  
possit effugere. Si igitur periculum aliquod  
euaseris, non tuae velocitati adscribas, sed di-  
**2. Cor. 1** uinæ protectioni. Sic Paulus, Ipse (inquit)  
eripuit nos, ipse etiam & in posterū, ut spe-  
ramus, eripiet, &c. Nihil enim ages tua vel  
fuga

ea quæ sunt  
bamus. Pos-  
is de mun-  
eundē sen-  
s dicit. Pa-  
& ego ope-  
dicit: Ipse  
m, Ex ipso  
ania. Hoc  
exemplis.

ndus putat  
ad euadē-  
Et quidem  
dest. Sic  
a pericula  
nemo sua  
e pericula,  
et: Velox  
sua nō eri-  
ristus cùm  
tra hyeme  
dicat tan-  
am nemo  
ū aliquid  
bas, sed di-  
se (inquit)  
rū, vt spe-  
es tua vel  
fuga

fuga vel velocitate, nisi Deus protexerit.  
Obserua autem & hic & in sequentibus,  
quod Salomon non damnat media, sed do-  
ceat ut non in eis confidas. Fugere potes ne  
Deum tentes, sed si euaseris, Deo adscribe.

**N**ec fortium bellum. Mundus ad res bel-  
licas plurimum valere putat fortitu-  
dinem. Nec inficiari possumus, saepè fortio-  
rem exercitum victoriam reportasse. Nibi-  
lo secius tamen & magni saepè exercitus à  
minoribus casi sunt. Sic Abraham trecen- *Genes. 14*  
tis vernaculis superauit quatuor Reges. Sic  
Iosue ciuitatem Iericho sine ullis huma- *Iosue 6*  
nis adminiculis cepit. Sic Gedeon clango- *Judic. 7*  
re buccineo Madianitas prostravit. Sic Da-  
uid parvulus adhuc & inermis Gigantem *1. Reg. 17*  
vicit. Res igitur bellica non sita est in ro-  
bore aut fortitudine humana, sed in auxi-  
lio divino. Non, inquit, in arcu nec gladio, *Zach. 4*  
sed in spiritu meo. Hinc David, Non in *Psal. 14*  
gladio suo possederunt terram, &c. sed bra-  
chium tuum saluavit eos. Iu solius igitur  
Dei manu victoria posita est. Eam autem  
victoriam Deus aliquando confert medio  
fortitudinis, ut doceat iusta & bona me-  
dia non esse aspernenda, nec item spretis  
mediis fas esse Deum tentare. Aliquando  
citra medium fortitudinis victoriam dat,  
ut declaret nihil fiduciæ in media collocâ-

**Da.7** dum esse, sed in suas solius manus introspiciendum. Quod autem Deus & Alexander & Romanis victoriam dederit, ex Daniele patet, qui diuino consilio præfinitum scribit, ut nunc hi nunc illi vincerent.

**Pro.10** **N**ec sapientium panem. Ut quis acquirat, vnde viuat, non parum confert prudens industria, atque assiduus labor. Iuxta illud: Egestatem adfert manus otiosa, &c.

**Pro.12** Et iterum, Qui agrum suum colit, satur erit, &c. Verum id videmus sæpenumero fallere. Alius enim quotidianis laboribus vix necessaria victus acquirere potest, alius citra omnem laborem obruitur diuitiis. Patet igitur ex his, quod sapientia non sa-

**Pro.10** tis est ad acquirendum victum, sed benedictio Domini facit diuitiem. Et in euange-

**Matt.6** lio dicit Christus, Patrem dare cibum & vestitum. Hæc autem aliquando & ut plurimum per medium laboris, aliquando tamen etiam sine medio, ut patet in Helia & Moysè & filiis Israël, &c. Non igitur damnat Salomon labore & industria, sed vult, ut victum non adscribamus labori nostro, sed Deo. Idem sentiendū de prudentia ad acquirendas diuitias. Ea enim sola non sufficit sine Deo ut experientia abunde docet.

**N**ec artificum gratiam. Hoc est, ut quis acceptus sit, non satis est, ut sit artifex. Videmus

Vide  
fices  
cont  
præfe  
Ec  
Sca  
Ethn  
nam.  
iudic  
tuna  
lanta  
suade  
gatis  
Deus  
igitu  
non  
quæ  
N  
pian  
intell  
omni  
quant  
aliqui  
git ne  
mortu  
uisos.  
que e  
liquide

Videmus quidem aliquando doctos & artifices gratiam habere apud homines: Sed & contrarium s̄epe videmus, quod indocti praeferuntur doctis, &c.

**S**ed tempus casumque in omnibus. Sic iudicat caro & mundus. Hinc est, quod & Ethnicorum sapientes deam fixere Fortunam. Fides vero longe certius de his rebus iudicat, Nempe, quod h̄ec non casu aut fortuna regantur, sed Dei optimi maximi voluntate & consilio. Hoc autem certò sibi persuader fides, ex authoritatibus supra allegatis, Pater meus operatur usque modò. Et *Ioan. 3. 1. Cor. 13* Deus operatur omnia in omnibus, &c. Nō igitur damnat Salomon media, sed docet non confidere in eis, nec eis adscribere si quæ bona acquirimus.

**N**escit homo tempus suum, sed sicut p̄scer capiuntur hamo, & aues laqueo, sic capiuntur homines in tempore malo. Tempus hoc intellige non solum finem ipsum vitæ, sed omnem horam & euentum. Vtere mediis quantumcumque poteris, tamen nescis an aliquid efficies. Idem plerunque contingit nobis cum quoquis infortunio, ut cum morte, &c. Mors enim semper nos improvisos aggreditur, & imparatos. Quocunque enim tempore adsit, semper adhuc aliquid à nobis abfoluendum restat. Sic &

infortunia incertos nos opprimunt. Huc pertinet similitudines adductae. Piscis cibum petit & hunc vorat. Aves edunt, nihil minus cogitantes quam laqueum, & ecce subito capiuntur: Idem nobis contingit.

**Hesl. 5** Sic Aman arbitrabatur se optimè stare, &c. & eadem die suspenditur. Sic Diutius Euangelico dicitur, Stule hac nocte tollent animam tuam. Sic Christus de seruo infideili:

**Matt. 24** Veniet dominus eius cum ipse non putabit, & dissecabit eum, &c. Hinc Paulus,

**I. Thess. 5** Dies domini tanquam fur in nocte ita veniet. Nostrum igitur est, ambulare in timore domini.

**H**anc quoque sub sole vidi sapientiam, & probavi maximam. Ne mundanus quispiam cum Salomone expostulet, quod præteritis bonis, quæ mundus habet, tantum mala recenseat, dicit nunc se quidem etiam bona nonnulla vidisse in mundo, quæ tamen ipse mundus nihil curat. Dupli igitur nomine contemnat mundum, & quod vanitates sequitur, & quod sapientiam, si qua inuenitur, contemnit.

**Zacha. 13** Ciuitas parua & pauci viri in ea, Et venit contra eam rex magnus, &c. Allegoricè, Ciuitas parua est Ecclesia, ad comparationem totius mundi. Iuxta illud, Duæ partes dispergentur in ea, tertia pars relinquetur,

quetu  
ua, h  
Quia  
gnus  
in se,  
tur. I  
dicitu  
magr  
illud  
adora  
clesia  
bis pa  
pient  
te eri  
prote  
paupo  
Ident  
omni  
pere  
in co  
non  
uitas  
apud  
Vir  
& vi  
ma.  
tanq  
Vir  
nis d

quetur, ipsi inuocabunt me, &c. Est & parua, hoc est, contempta. Pauci viri in ea, Quia multi vocati, pauci electi. Rex magnus eam obsidens est diabolus: Magnus in se, ideo à Christo fortis armatus diciatur. Et à sancto Iob tantæ potestatis esse Iob 41 dicitur, ut nemo ei resistere possit. Deinde magnus est, quia se magnum iactat. Iuxta illud: Hæc omnia tibi dabo, si procedens adoraueris me. Vir pauper & sapiens in Ecclesia inuentus Christus est, qui pro nobis pauper effectus est, &c. Is per suam sapientiam Ecclesiam semel ab æterna morte eripuit, eamque in hunc usque diem protexit. Sed quotusquisque est, qui huius pauperis recordetur, & gratias agat, &c. Idem Christus posset adhuc Ecclesiam ex omnibus malis sua sapientia & verbo eripere, sed nemo vel eum vel eius verbum in consilium adhibet, cum interim nihil non attentetur, sed frustrè. Moraliter, Civitas parua homo quilibet est, qui etiam apud Philosophos minor mundus dicitur. Viri pauci in ea, membra sunt corporis & vires animæ, vel ipsum corpus & anima. Rex magnus diabolus, qui circumcit tanquam leo rugiens, ut aliquos deuoret. Vir pauper & sapiens, synderesis vel rationis dictamen, inquit potius verbum Dæi est,

Quis nescit autem, quām bene nonnumquam consulat synderesis? cui si quis obtemperaret, & corpus & animam saluaret. Optimè autem consulit verbum Dei: Hoc vel solum fide acceptum, ab omni tentatione liberare posset. Quid autem contempius apud homines, eodem ipso Dei verbo? Insignia igitur hominum & cœcitatem & ingratitudinem, Salomon indicat.

Ad literam autem Salomon exemplo ostendit, sapientiam præstare fortitudini quām longissimè. Similque taxat hominum stultitiam, qui sapientiam plerunque contemnunt propter personę humilitatem.

Quod fortitudo non semper effectum habeat etiam contra infirmiores, plurimis

*Judith 7* exemplis patet. Parua ciuitas erat Bethulia, nihil tamen contra eam potuit Holofernes potentissimus. Misera ciuitas erat Samaria tempore Ioram, ut quām tanta famē oppresserat, ut caput asini vendetur octoginta argenteis: nihil tamen contra eam potuit Benadab rex Syriae. Sic nec

*2. Reg. 19* Sennacherib quicquam potuit contra Hierusalem tempore Ezechiae. Sic Antiochus aliique post eum reges, nihil potuerunt contra Machabæos, &c. Sic enim dominus plerunque irridet potentiam superbiam, ut discant non considerare in potentia sua.

Non

Non  
spiritu  
I Nse  
liber  
plo ge  
titudi  
storiis  
libera  
regen  
lem te  
tia Ni  
psacu  
tur se  
mè vti  
tes &  
summ  
Hieru  
lem iu  
Deind  
esse sa  
person  
tempis  
Ezech  
  
E  
li  
locus l  
cunqu  
possit  
propte

Non enim in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo scilicet consistit victoria.

**I**nuentus est iurea vir pauper & sapiens, & liberavit urbem per sapientiam suam. Exemplo generali probat, sapientia praestare fortitudini, cuius tamen exempli in multis historiis similia inueniuntur. Sic mulier una Iudic. 9 liberauit ciuitatem, occidendo Abimelech regem. Sic & alia liberauit ciuitatem Abe- 2. Reg. 16 lem tempore Dauidis. Sic Ionas sua sapientia Nisiue seruauit. Sic Anaximenes Lampsacum ab Alexandri ira seruauit. Hac igitur sententia ostendere vult Salomon, summe vtiles & necessarios esse Reipub. sapientes & prudentes viros: adeo, ut Deus ipse summum malum comminaturus ciuitati Hierusalem dicat: Auferam ab Hierusalem iudicem, Prophetam, sapientem, &c. Deinde admonet hic non contemnendam esse sapientiam, etiamsi in humili aliqua persona conspiciatur. Sic Dauid non contempnit sapiens consilium Nathan: Nec Ezechias consilium Esaiæ.

**E**t nullus deinceps recordatus est homini ilius pauperis. Dupliciter intelligitur locus hic. Primo, ut sit sensus. Quantumcunque pauper aliquis sapienter consulere possit, tamen contemnitur eius sapientia, propter humilitatem personæ. Sapientia enim

## ANNOTATIONES

<sup>131.</sup> Nam sine diuitiis, apud mundanos sordet,  
Iuxta illud poëticum:

Licet Musis venias comitatus Homere,  
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

*Exod. 5 Sic I'harao contempst consilium Moy-*  
*2. Reg. 22 si, propter humilitatem eius. Sic Achab con-*  
*Hier. 31 filium Micheæ. Sic Sedechias consiliū Hie-*  
*Matth. 27 remiz. Sic Pilatus consilium vxoris, dissua-*  
*dentis iudicium in Christum. Sic Agrippa*

*Aet. 26 consilium Pauli: Verum omnes hi iam no-*  
*minari, pœnas lucrunt despecti cōsilij, &c.*  
*Taxat igitur Salomon hoc verbo insignem*  
*mundi stultitiam, qui sapientiam aestimat*  
*è diuitiis, eandémque contemnit propterea*  
*paupertatem. Qui enim diuitiis abundant,*  
*hi etiam rerum natura reclamante, sapien-*  
*tes iudicantur: Econtra, qui paupertate*  
*præmitur, insipiens iudicatur, etiam si sit sa-*  
*pientissimus. Potest & hic locus intelligi*  
*de ingratitudine mundi, erga bene consu-*  
*lentes, ut sit sensus. Etiam si quis sua sapien-*  
*tia totam ciuitatē liberauerit, tamen mun-*  
*dus statim obliuiscitur beneficiorū. Exem-*  
*ple sint Dauid, Christus, Prophetæ, Themis-*  
*tocles, Scipio, Camillus, &c. Bene facere*  
*enim mundo, nihil aliud est, quām benefi-*  
*cia perdere. Non tamen ob id à bene factis*  
*cessandum est. Quid enim si mundus in-*  
*gratus est? At Deus redit mercedem. Me-*  
*lius*

lius est igitur beneficia mea perire , quām  
me. Atqui pereundum mihi est , si talen-  
tum commissum non in aliorum usus ex- Matt. 25  
pendero. Hinc & Paulus , Vae mihi si non 1. Cor. 9  
euangelizauero.

**V** Erba sapientium audiuntur in silēcio plus,  
quām clamor Principis inter stultos. Cau-  
sam reddit, cur sapientis consilium non au-  
diatur. Quia corda stultorum excēcata  
sunt suis affectibus. Quantum cunque enim  
sapienter consulas, nihil tamen efficies, ni-  
si apud eos , qui sedatis sunt animis. Sicut  
enim perturbata aqua , non est perspicua,  
sed si vis videre fundum , oportet ut aqua  
resideat. Sic omnes qui conceperint ali-  
quid animo , sunt impersuasibiles, nisi re-  
federit illa conceptio , qua tenentur capti  
tanquam fascino. Quieti igitur sapientis  
consilium audiunt, quia diūdicare sciunt.  
Apud stultos autem ( qualis est communis  
populus, cùm in seditionem vertitur ) nul-  
lum consilium , nulla oratio , nullus cla-  
mor etiam maximorum & sapientissimo-  
rum principum, quicquam impetrat. Hinc  
Sapiens. Stultus non audit , nisi ea dixeris, Pross. 18  
qua versantur in corde eius. Et iterum,  
\* Melius est occurtere verso vel leānæ ra- Pross. 17  
pīstatalis , quam stulto confidenti in sua  
stūtitia. Sic & Paulus moneret, ne contra Titum 3  
hære-

hæreticum semel & iterum admonitum  
disputemus. Frustra enim laborabis.

**M**elior est sapientia, quam arma bellica.  
Hanc sententiam probauit exemplo  
superiori, & hodie omnes in bellis versati  
idem afferunt. Nihil scilicet esse arma bel-  
lica, sine prudentia & consilio, & sapien-  
tiam plus efficere in bello, quam vires. Sic  
& vulgo dicimus, Melior est unus qui sci-  
te iubet, quam decem laborantes & alio-  
rum iussa exequentes. Sic Romani glo-  
riantur se viciisse orbem, non viribus, sed  
sapientia. Sic etiam ex aliis rebus facilè es-  
timari potest, illud ipsum sapientiae silen-  
tium, plus utilitatis adferre, quam assi-  
duum illud fortitudinis exercitium. Sic ta-  
citus naucleri ad remum sedentis conatus,  
plus momenti habet ad regendam nauim,  
quam cæterorum omnium ingens strepi-  
tus & labor. Sic tanta illa & tranquilla o-  
peratio ventris vel stomachi, plus proficit  
corpori, quam omnium aliorum membro-  
rum tumultuosus labor. Quod si de di-  
uina sapientia locum hunc intelligere vo-  
lumus, perinde se res habet. Fides diuina  
sapientia est, verum ea in silencio manet  
& operatur. Quidam dicit, fides in  
languore obiret, id est, fides in  
fidei morte.

fides

~~Cl. 1. Et fides ipsa est victoria, quæ vin-~~ Luc. 10  
1. Ioan. 5  
 cit mundum. Docet igitur hic Salomon,  
 quibus armis nos præmunire debeamus,  
 nempe sapientia diuina, quæ est fides in  
 dominum. Qui enim Deum per fidem se-  
 cūm in militiam accipit, is sanè cingitur  
 optimo clypeo. His armis Moyses arma-  
 bat populum suum : Si egressus (inquit) Dente. 20  
 fueris ad prælium, &c. noli timere, &c. Sic  
 & Iudas Machabæus, Mementote, inquit, 1. Mat. 4  
 quomodo salvi facti sint patres nostri, &c.  
 Si igitur citra bella esse non possumus, de-  
 mus operam, ut dominum belli comitem  
 habeamus, alioqui nihil proderunt quæ-  
 cunque arma, &c. Sic aduersus potestates  
 tenebrarum, plus valet sapientia, hoc est, fi-  
 des in verbum Dei, quam quæcunque vi-  
 res nostræ. Quam stulti igitur sumus, qui  
 arma ista nunc cum possumus non compa-  
 ramus?

**E**t qui in rno peccauerit, multa bona perdet.  
 Referri potest ad superiorem senten-  
 tiā, ut sit sensus, Tam necessaria est sapien-  
 tia in bello, ut qui ea vel semel neglexerit,  
 omnes retro victorias perditurus sit. Exem-  
 plo sint, Annibal, Artilius Regulus, &c. qui  
 multas victorias tandem vici deforma-  
 gunt. Sicut autem in bellis ex modico defectu  
nonnun

nonnunquam debilitatur a suis exercitus, sic ex uno peccato mortali, perditur totus cumulus præcedentium bonorum. Hieronymus sic habet, Peccans unus multa bona perdit. Sæpe enim vsu venit, quod quis nequitioso ac fraudulentio suo consilio, totam Rempublicam subuertit. Sunt enim & in bello & pace ferè semper tales pestes, qui conturbent omnia. Senator aliquis bene consulit, mox nebulo aliis omnia peruertit, cui etiam frustra repugnatur, quia plerunque peior pars vincit meliorem.

## C A P V T X.

**M**VSCÆ morientes perdunt suauitatem vnguenti. Muscæ morientes vel mortis, hoc est, perniciose. Nam mors sæpe perniExod. II ciem significat. Iuxta illud, Orate ut aferat à me hanc mortem, id est, perniciem locustarum. Exemplum est vel similitudo, qua declaratur, quod supra proxime dixerat. Est autem proverbiū sumptum ex rebus istius populi, qui vnguenta inter res pretiosissimas habebat. Dupliciter autem intelligi potest, secundum quod sententia illa cui adaptatur, dupliciter transferatur. Primò sic, Solent homines parui aestimare

mare  
tū m  
&c. q  
la scī  
mā e  
fensi  
mo f  
nicid  
à fac  
Sicu  
in vr  
sic m  
opti  
dissi  
dum  
mus  
ferre  
**P**  
loc  
brai  
In H  
abla  
sus.  
tur:  
Stul  
terd  
Ad b  
tuli

mare peccata; cùm tamen verè vnū pecca-  
 tū multa bona auferat, nempe Dei gratiā,  
 &c. quemadmodum & per muscas, tantil-  
 la scilicet animalcula, sàpē rē pretiosissi-  
 mæ corrumpuntur. Secundū hunc igitur  
 sensum, mouemur hoc proverbio, ut sum-  
 mo studio peccata vitemus, ut qua: sint per  
 nicioſissima. Sic & Sapiens monet: Tanquā Eccle. 21  
 à facie colubri fuge peccata, &c. Vel aliter,  
 Sicut Muscæ vel alia animalcula cadentes  
 in vnguentum, & se perdunt & vnguentū:  
 sic malus aliquis nebulo, suo malo consilio  
 optima aliorū consilia impedit, & omnia  
 dissipat, seq: & altos perdit. Quemadmo-  
 dum igitur ferre cogimur istas nocentes  
 muscas, sic & hos pestilentes consiliarios  
 ferre cogimur.

**P**retiosior est sapientia, parvaque gloria, ad  
 tempus stultitia. Trāflatio nostra in hoc  
 loco etiā Lyrano teste, non respondet He-  
 braicæ veritati, quo ad ordinem verborū.  
 In Hebræo enim sapientia & gloria sunt  
 ablatiui casus, & stultitia nominatiui ca-  
 sus. Et hoc adiectiū Parua, non refer-  
 tur ad hoc nomen Gloria, sed ad nomen  
 Stultitia, vt sit sensus. Parua stultitia in-  
 terdū melior est, quam sapientia & gloria.  
 Ad hunc sensum etiā Hieronymus trans-  
 tulit. Pretiosior (inquit) est super sapien-  
 tiam

tiam & gloriam stultitia parua. Paruam autē stultitiam vocat, que est exigui temporis: Gloria autem significat non solum famam, sed opes, pompam, &c. à quibus ve-

*Matt. 6* nit fama. Iuxta illud, Salomon in omni gloria sua non fuit vestitus, sicut unum ex il- lis. Vult autem locus hic illud, quod vulgo quoque dicitur: Desipere in loco, summa-

*2. Reg. 21* sapientia est. Sic David per simulatam stultitiam liberatus fuit à morte. Sic & alia cùm quis sano consilio non potest perrun- pere, melius est ut paululum desipiat, & si- nat alios pergere sua stultitia: Alioqui ni- hil aliud quā irritabit crabrones, sibique ipsi accerset pericula non necessaria. Est igitur hoc dictum consolatio contra istos casus mundi, & malignos consiliarios, &c. Potest & sic intelligi. Melius est ut pie viuendo ad breve tempus, pro stulto iudi- certis, quā in si omni mundana sapientia & gloria fulgeas. Vita siquidem Christiana, coram mundo nihil est nisi stultitia. Hinc

*1. Cor. 1* Paulus: Prædicamus Christum crucifi- xum, Gentibus stultitiam, &c. Et iterum,

*1. Cor. 4* Nos stulti propter Christum, &c. Hinc & Christus illuditur. Verum hæc stultitia ad summam gloriam ducit. Non emur igi- tur hoc verbo, ut pergamus in via iusti- tia, nihil curantes mundanorum homi- num

num iudicium. Alij sic transferunt. Ponderosior est parua stultitia, quam sapientia & gloria. Et est sensus, Defectus parvus in moribus, qui hic dicitur parua stultitia, ponderosior est sapientia, quia frequenter facit eam vilescere in persona aliqua notabili, Mundus enim oculatior est ad mala, quam ad bona videnda. Secundum hoc igitur monentur Prelati, ut etiam paruos defectus & vitia vitare studeant, ne alios offendant.

**C**or sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius. Discremen ponit inter sapientem & stultum. Multipliciter autem intelligitur. Primo, Cor sapientis in dextera eius, hoc est, sapiens dominatur cordi suo: Scit ut sapientia pro loco & personis, secundum quod viderit dextræ vel sinistre cessurum suum consilium. Stultus, autem cor habet in sinistra, hoc est, non est compos suæ mentis, sed perrumpit secundum suos affectus. Magna autem res est, posse dominari & moderari cor suum. Hoc autem nemo potest, nisi qui nouerit mundum, & respexerit diuinum iudicium. Secundo, Cor sapientis in dextera eius, hoc est, Sapiens prudenter agit res suas, commodè & opportè eas auspicatur, secus agit stultus.

Dextera si quidem manus commodior est ad operandum, quam sinistra. Tertiò, Cor sapientis in dextera eius, hoc est, is verè sapiens est, qui sapientiam suam ex verbo Dei partam habet. Verbum enim Dei dextera est, qua omnia sapienter & feliciter absoluuntur. Sinistra autem manus est, nulla ratio carnis, quam impij sequuntur, ideo qui eam tantum sequuntur, nihil feliciter exequuntur. Quartò, Cor sapientis in dextera eius, hoc est, sapiens cogitat quæ ad futuram vitam pertinent, quæ per dexteram significatur (lusti enim in iudicio ad dexteram statuentur.) Stulti autem sola temporalia & præsentia querunt, quæ per sinistram intelliguntur.

**S**ed & in via stultus ambulans cum ipse insipiens sit, omnes stultos aestimat. Pergit recensere conditiones stulti. Is enim primò non audit, deinde perrumpit, postremò, quicquid contrà dixeris irridet. Hæc enim est Adami natura, quod sua sibi laudi ducit, cæteris vero omnia vitio vertit. Sic qui caput habet vertiginosum, omnia circumposita circumrotari existimat, se vero interim in capite suo omnia habere tranquilla, cum tamen contrarium accidat, &c. Sic impius homo omnium aliorum & dicta & facta in peius inter-

interpretatur , secundum quod ipse malus est,&c.

**S**i spiritus potestatem habentis ascenderit, lo-  
cum tuum ne dimiseris, quia curatio faciet  
cessare peccata maxima. Spiritus interdum  
Hebraica ratione significat iram , furo-  
rem , pertinaciam sive tumorem . Iuxta il-  
lud, Dominus suscitabat spiritum Philisti- 2. Par. 21  
norum contra Ioram , &c. Ad hæc certum  
est, quod ira feruens, vnius loci impatiens  
est, nunc huc nunc illuc cursitat. Monet igitur  
Salomon hæc sententia , ne te finas  
commoueri. Iuxta illud, Mihi vindicta & Dente. 32  
ego retribuam. Sicut enim plura silentio  
excusantur, sic patientia plurimum infor-  
tunij sepe cohibetur, quod impatientia  
prouocatur. Et sicut beneficium, aliud rur-  
sum beneficium excitat , ita lites & iurgia  
alia & alia subinde gignunt. Hinc Petrus,  
Odium suscitat rixas, sed charitas ope- 1. Pet. 4  
rit multitudinem peccatorum. Monet  
igitur Salomon , ne quis se iniuria vinci-  
finat, sed patienter ferat, tunc enim mul-  
ta mala euadet. Hinc Christus, Beati mi- Matth. 5  
tes, quoniam ipsi possidebunt terram. Et  
iterum: Discite à me, quia mitis, sum &c. Matth. 11  
& inuenietis requiem animabus vestris,  
&c. Aliter intelligitur locus iste, Si in  
cor tuum ascenderit cogitatio noxia, &c.

**Psal. 136** non deseris locum tuum, sed allide parvulos Babylonis ad petram, quæ est Christus. Potest etiam sic intelligi, Si assumptus fueris ad aliquam dignitatem, noli relinquere priora bona opera & humilitatem, ne efficiaris similis Sauli, cui dictum est: Cum essem humilis in oculis tuis, caput in Israël factus es.

**I. Reg. 15** Et malū quod vidi sub sole, quasi per errorem e, redies à facie principis. Per principem hic aliqui intelligunt, eos qui aliis præsident, à quorum facie, hoc est, nutu & voluntate, interdum venit, ut stulti præficiantur & exaltentur, docti autem negligantur. Alij per principem intelligunt, dabolum mudi principem, qui omnium maximè id agit, ut publicis officiis hi præficiantur, qui non sunt idonei, quò scilicet ipse latius saeire possit in vulgus, primitusque impediatur. Alij per principem Deum intelligunt, à cuius facie carnalis homo patat errorem procedere, hoc est, inæqualitatem rerum vel iniustitiam. Dum enim videt malos exaltari, bonos negligi, iudicat aut Deum non esse, aut eum non curare mortalia, vel etiam ignorare. Signanter autem dicit, Quasi errorem. Deus enim nullo modo errare potest secundum veritatem, sed tantum secundum hominum insipit.

insipientium estimationem.

**P**ositum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. Per stultum hic intellige non eum, qui omnino ratione caret, sed eum qui officio suo nec praest, nec praesse potest. Per diuites intelligit non eos, qui pecunia abundant, sed eos qui diuites sunt sapientia, virtutibus, donis, qui praesse deberent, & bene regere possent. Hoc igitur malum deplorat hic Salomon, quod tamen adeò frequens est, ut in proverbium cesserit: Aut tegem aut fatuum nasci oportere. Merito autem stultum nominat, qui non erubescit in sublimi sedere, potestatis & officij insignia praefere, cum tamen nihil in se habeat, huiusmodi potestate dignum. Occulto autem iudicio Deus aliquando indignos præfici permittit, vel quia subditi indigni sunt meliore principe, vel ad subditorum probationem si probi sint, ut eorum probetur fides sub malo rectore. Præterea, Deus etiam hanc ob causam mundum tam præpostero ordine administrat, ut nos assuefaciat non ab ullo principe terreno, sed à se uno veram sapientiam expectare & petere. Summa, Stultus ubique regnat, ubique versatur, in senatu, in aulis principum, in principibus ipsisi

Mundus est stultus, & plerunque regitur  
 à stultis, & stultis opinionibus. Non ta-  
 men propterea stulti illi, sunt seditiosa ma-  
 nu regno exturbandi. Hoc enim esset Deo  
 in suum officium irrupisse. Sed Dei ordi-  
 natio, qualis qualis ferenda est: Interim au-  
 tem orandus Deus, ut peccata nobis con-  
 donet, quibus meruimus stulti principis  
 imperium ferre. Itemque, ut patientiam  
 donet in aduersis, ut ferre possimus quæ  
 Deus imponit.

**V**Idi seruos in equis, & principes ambulan-  
 tes super terram quasi seruos. Per ser-  
 uos hic intelligit eos, qui vel vitiorum ser-  
 ui sunt, vel eos qui debebant regi & sub iu-  
 go esse. Secundum hoc igitur eandem sen-  
 tentiam habet cum superiori verbo. Oc-  
 cultè etiam taxat infideles illos principum  
 officiales & consiliarios, qui plerunq; suis  
 machinationibus diuites euadunt, princi-  
 pibus ad inopiam redactis. Potest & hic lo-  
 cus sic accipi, ut sit idem cum eo, quod su-  
 pradicatum est. Alius è carcere ad regnum  
 eleuatur, alius in regno natus deiicitur. At  
 que hæc quidem carnales homines fortu-  
 næ tribuunt, cum tamen verè sint Dei iu-  
 dicia. Dū enim potentes deiicit, docet nos  
 timere. Ecōtra cùm humiles exaltat, docet  
 nos ei fidere, & in aduersis non desperare;

Qui

Sup.ca. 4

Vis fodit foueam, incidet in eam. Pro  
**Q**uerbium est iumentum à fodiētibus,  
 sepulchra, quibus hoc euenire solet, ut sæ-  
 pe imprudentes in ea incident. Sic gerere  
 res humanas, est fodere foueam, ibi sis præ-  
 munitus, ac scias te non fore sine periculo.  
 Quare si mala contingant, non ideo sis ces-  
 sator, sed cogita nō aliter fieri in rebus hu-  
 manis. Sicut qui foueam fodit non ideo  
 cessat, si semel in eam inciderit. Potest etiā  
 prouerbium hoc cum tribus sequentibus,  
 sic intelligi, ut habeat eundem sensum cū  
 eo quod vulgo dicitur: Iniquitas in sui-  
 ipsius domini iugulum recidit. Item, Ille  
 suoipius inuento perit. *Quemadmodum Hester* 7.  
 Aman Mardochao machinans malum,  
 seipsum perdidit. In hunc sensum scriptu-  
 ra sæpe hoc prouerbio vtitur, ut in *Psal* 7  
 Lacum aperuit, & effodit eū, & incidit in *Psal* 7  
 foueam quam fecit. Per huc autem mone-  
 mur, ut desistamus in alias contumelias,  
 iniurias, damna, &c. meditari. Qui enim  
 proximum lædit, verè seipsum lædit: si-  
 milis ei, qui in somno seipsum percutit,  
 cùm putet se alium percutere. Sunt & alia  
 proueria his adfinia: ut, Faber quas fecit  
 compedes, ipse gestit. Item, Hac technam  
 in seipsum construxit. Item, Turdus sibi  
 ipsi malum cacat, &c. Spiritualiter autem  
 aliens

qui alteri foveam parat, & vel vita vel do-  
ctrina alium offendit is seipsum damnat.

**Matt. 18** Iuxta illud: Qui scandalizauerit vnum de  
pusillis, expedit ei, ut suspēdatur mola afi-  
naria in collo eius, & demergatur in pro-  
fundum maris.

**Q**ui dissipat sepem, mordebit eum coluber.  
Omnino eandem sententiam habet  
cum superiori dicto. Dissipat sepem, qui  
in officio constitutus, euellit vitia. Is igitur  
sciat plures se hostes habiturum, qui  
occulte mordeant, sed non ob id cessan-  
dum. Vel sepem dissipat, qui alteri dam-  
num affert. Is enim nonnunquam seipsum  
laedit, iusto Dei iudicio. Sic Pharaon Ifrae-  
litias persequens, seipsum perdidit. Spir-  
tualiter sepem dissipat, qui Ecclesiastica  
dogmata dissoluit. In eo ipso enim quo ea  
negligit, à serpente percutitur, de quo in  
**Amos 9** Amos: Si descēderit in infernum, ibi mor-  
debit eum coluber, diabolus scilicet, vel  
vermis conscientia.

**Q**ui trāsfert lapides affligetur in eis. Aliud  
proverbium eiusdem sententiae. Ge-  
tere res humanas, nihil aliud est quam sa-  
xum voluere, quid ergo mirum si quis la-  
ditur? Id enim plerunque contingit vol-  
uentibus saxa, nec tamen ob id cessant. Vel  
aliter, Transfert lapides, qui proximum  
damnis

dminicat, is enim sibi ipsi malum conciliat. Spiritualiter lapides transfert, qui heretica arte peruersus, viuos lapides de Ecclesia deicit, is enim sibi ipsi magnum malum accersit. Vel lapides transfert, quicunque Episcopus iuxta mandatum legis, de Luit. 14 leprosa domo lapidem abstulerit, hoc est, qui inobedientem excommunicauerit. Is enim si verus pastor est, affligetur in eo quod de Ecclesia Christi lapidem auferre cogitur, dicens cum Apostolo: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? &c.* 2. Cor. 12

**Q**uis scindit ligna, vulnerabitur ab eis. Et hoc eudem habet sensum cum iam dictis. Scindit ligna, qui aliis præpositus vitia corrigit, is igitur nunquam absit à periculo. Optimum est ergo præmovere cor, & expeditare casus quo sunque, ut si quid bene successerit, sit quasi miraculum. Quò sunt magis præuisa mala, eò minus lèdunt: Sicut econtra, quò sunt insperatoria bona, eò plus lètificant. Vel alter. Ligna scindit, qui proximum calumniatur, is enim eo ipso sàpe succumbit. Spiritualiter ligna scindit, qui hereticos, qui sunt ligna in fructuosa, rescindit. Is autem nisi diligenter cauerit, periclitabitur in eis, maximè si ferrum eius retusum fuerit, hoc est, disputatio eius infirmior fuerit,

rit, tunc enim facile vincitur ab hereticis.  
**S**i retusum fuerit ferrum, multo labore exau-  
tetur. Pertinet etiam hoc ad consola-  
tionem eorum, qui sunt in administratio-  
ne rerum Mundus est ferrum rubigine cō-  
sumptū. Sicut igitur ingens labor est, rubi-  
ginosum ferrum excuere: sic miserum ac  
calamitosum est in regno mundi, Respu-  
blicas vel domesticas administrare. Si igi-  
tutes in Magistratu siue paterfamilias, co-  
gita te habere ferrum rubiginosum, fac  
quod potes, nec ideo cessa, si non omnia  
expolire potes. Nunquam enim tam bene  
agitur in rebus humanis, ut non pluri-  
mum malorum relinquatur. Potest & hic  
locus sic accipi, ut sit exhortatio ad labore  
& studium. Labor enim improbus omnia  
vincit. Huc pertinet quod dicitur: Gutta  
cauat lapidem. Sic sapientia non nisi in-  
genti labore paratur. Non quod labor no-  
ster hoc per se efficere possit, sed tantum  
si Dominus benedixerit. Labor noster me-  
dium est, quo dominus dat sapientiam,  
non tamen labori nostro, sed domino ad-  
scribendus effectus.

**S**i mordeat serpens in silentio, nihil eo minus  
habet qui occulte detrahit. Cùm Prædi-  
catoris officium, sit id agere ut auditores  
per omnia sanctificantur, & ut integer spi-  
ritus

ritus, anima & corpus eorum seruentur usque in aduentum domini: Etiam hic Salomon suo nomini satisfacit. Nedum enim cogitatus & opera hominum reformatio ninitur, sed etiam linguam, quæ etsi modicum membrum est, tamē adeo refert ipsum esse reformatum, ut dicat Sapiens: Vita & Pro. 18 mors in manibus linguae sunt. Potest autē hoc dictum sic accipi, ut sit explicatio eam similitudinum, quas supra posuit, quasi dicere velit: Ut scias quid velenum per eas similitudines, Fouea illa quam vix effugies, & coluber ille, quem vix vitare potes: periculum, quod tibi vel voluenti lapides vel scindenti ligna imminet, detractione est. Si enim recte regere vis, multa facies quæ displicebunt familiæ, subditis, &c. Inter eos multos inuenies, qui quod boni facis deprauant, quod mali facis traducunt, &c. Sic Moyses vir mitissimus, tamen etiam à fratre & sorore detractionem passus est. Sic David omnium maximè de ea in gratitudine hominum conqueritur. Qui ieiunib[us] (inquit) mala pro bonis detrahebant mihi, &c. Et iterum, Pro eo vi me diligenter detrahebant mihi, &c. Et iterum, Acuerunt linguas suas sicut serpentes, &c. Sic Hieremias ab ingratis ciuibus nunc quidem ut seductor, nunc ut proditor, nunc ut transfuga

Num. 12

Psal. 37

Psal. 10

Psal. 139

trāsfuga iudicabatur, ut dicere cogeretur:

**Hiere. 15** Omnes maledicunt mihi. eamq; solam cor

**Hiere. 20** solationem haberet, ut diceret: tibi reuelau-i causam meā, &c. Item, Recordare quod

steterim in conspectu tuo, ut loquerer pro

**Ezech. 2** eis bonum. Hinc Ezechiel, cum mitteretur

ad prædicandum, præmonitus est: Fili ho-

minis cum scorpionibus habitas, &c. Præ-

monet igitur Salomon omnes restores,

quid à mundo sperare debeant, ut postea

facilius ferant: lacula enim præuisa minus

feriunt, &c. Vult enim ut sibi certò per-

suadeant, non defuturos detractores. Nec

**Matth. 10** mirum: Non enim est seruus maior domi-

no suo. Non tamen ob id cessandum, sicut

nec Deus ideo cessat nobis benefacere, cum

tamen quotidie & verba & facta eius ca-

lumniemur. Potest etiam hęc sententia ge-

neraliter intelligi, ut sit quasi insectatio

detractorum. Non abs re autem detractor-

um, serpenti comparat, imò iustissime

**Gene. 2** hoc facit. Primo enim sicut nullum ani-

mal sic à Deo male dictum est ut serpens,

**Trom. 24** sic detractor verè abominatio est homi-

**Roma. 1** num, imò & Deo odibilis. Secundo, sicut

aliqui serpentes in ipso suo ortu, ante-

quam aliis noceant, propriam matrem oc-

cidunt: sic detractor antequam aliis no-

ceat, prius seipsum perdit. Tertio, sicut

serpens

serpens facile lèdit, imò vno morsu totum  
 corpus inficit, sic detractor uno verbo pro-  
 ximo & famam & bona externa, nonnun-  
 quam etiam vitam aufert. Exemplum sit 2. Reg. 16  
 Siba, contra Miphiboseth, &c. Quartò si-  
 cut nullum animal est, cui frequentius dia-  
 bolus comparetur, quām serpens. Diabo-  
 li enim perpetuum nomen est, vt dicatur Apoc. 12  
 serpens antiquus, &c. tametsi etiam leo- 1. Pet. 5  
 ni & aliis interdum comparetur: Sic detra-  
 ctor diabolo simillimus est. Quemad. Apoc. 12  
 modum enim diabolus accusator fratrum  
 suorum est, vel vbi accusare non potest, ca- Iob 1  
 luminator, sic & detractor. Hac igitur sen-  
 tentia Salomon indicare vult, grauitatem  
 & perniciem detractionis. Tale enim tan-  
 tūque est, vt hominem ad imaginem Dei  
 factum, serpenti vilissimo animali, imò  
 diabolo similem faciat. Deinde monere  
 vult, vt hoc peccatum totis viribus ca-  
 ueamus. Est enim omnia in contrarium  
 Christiano nomini, cuius est, benedice-  
 re, non maledicere. Hinc Paulus hortatur: Rom. 12  
 Quæcunque vera, quæcunque iusta, &c. Phil. 4  
 si qua virtus, &c. hæc cogitate, &c. Post-  
 remò monet, vt non minus caueamus  
 detractorum contubernia, quām serpen-  
 tum, non enim euades illæsus: Etsi e-  
 nim non credis ei, tamen ad minus suspi-  
 tionem

tionem malam concipis de eo, cui detra-  
**Prov. 4** Etum est. Hinc Salomon, Labia detrahent  
**Eccle. 2,8** tia procul sint à te. Item, Sepi aures tuas  
**Psal. 100** spinis, &c. Et Dauid, Detrahentem secre-  
 to proximo suo, cùm hoc non edebam.  
 Operæ pretium igitur esset, vt hanc sen-  
 tentiam intimo cordi imprimeremus, tū  
 quia innatum est nobis, vt libēter de alio-  
 rum defectibus loquamur, tum quia parui  
 æstimamus verba, cùm ramen hic audia-  
 mus, verba detractoria verè venenum esse.  
 Tū tertio, quia cùm aliquos homines abo-  
 minemur, ne ab eis inficiamur: nemo ta-  
 men detractorem abominatur, qui tamen  
 perniciosissimus est. Obserua quod Hiero-  
 nymus hunc locū sic translulit. Si momor-  
 derit serpēs in abscondito, non est amplius  
 habenti lingvā. Sic autem exponit. Si dia-  
 bolus aliquem occulte momorderit, & il-  
 le vel ignoret peccatum suum, vel non ma-  
 nifestet: nihil potest eum adiuuare habens  
 linguam, hoc est, prædictor. Si enim ma-  
 num medicantis desideras, oportet vt vul-  
 nus tuū detegas. Hinc igitur vides, quām  
 perniciosum sit vel non agnoscere pecca-  
 tum, vel occultare, vt non immerito orane  
**Psal. 18** rit Dauid: Ab occultis meis munda me.

**V**erbaoris sapientis gratia, & labia sis-  
 pientis præcipitabunt eum. Potest etiam  
hæc

hæc sententia referri ad rem publicam, qua-  
 si diceret. Sapiens disponit sua recte & gra-  
 tiose: sed quia situs est in medio linguarum  
 malorum, non succedit illi. Venit enim calu-  
 niator & deuorat illum, hoc est, obruit bo-  
 num virum suis verbis, euertitque bonum  
 contulit. Sic Paulo contigit cū naufragium *Act. 20*  
 paterentur, qui bene contulens, non est au-  
 ditus, &c. Summa, stultus deuorat sapien-  
 tem, & peior pars plerique vincit melio-  
 rem. Stultitia igitur, si sua esset rusticitate  
 contenta, minus haberet mali: nunc autem  
 contra sapientiam bellum gerit, & quicquid  
 prudentiae in doctrina viderit, zelo stimula-  
 ta non recipit. Potest & generaliter hæc  
 sententia intelligi, ut sit discriimen inter sa-  
 pientem & stultum. Sapiens (inquit) non lo-  
 quitur nisi quæ grata sunt vel esse debe-  
 rent, sicut Paulus docet: *Omnis sermo ma-* *Ephes. 4*  
*lus de ore vestro non procedat, &c.* Item,  
 Sit sermo vester semper sale conditus. *Stul-* *Colos. 4*  
*tus autem deuorat sapientem labiis suis.*  
 Primo quia eum obruit, & verba eius con-  
 temnit. Secundo, quia suis stultis & malis  
 verbis, iusti animam cœlestibus tantum cogi-  
 tatibus consecratam inturbat & contri-  
 stat, id quod Paulus prohibet: *Nolite (in-* *Ephes. 4*  
*quit) contristare Spiritum sanctum domi-*  
*ni, qui scilicet habitat in pio homine,*

**I**Ntium verborum eius stultitia, & nouissimum oris illius error pessimus. Aliud indicium, quo stultus cognoscitur, Totus (inquit) sermo eius ex omni sui parte, ne dum stultus est, sed & perniciosus: adeo, ut non nunquam lingue sue morbo, & vita & rem sibi dispendium accersat. Præterea qui assuescit inutilia loqui, tandem etiam ad hoc peruenit ut perniciosa dicat & faciat.

**S**TULTUS verba multiplicat. **E** multis verbis potissimum stultus agnoscitur. **V**erè enim stultus est, qui multa loquitur, cum sciat de omni verbo ocioso reddēdam esse rationem. Sapiens autem, quia perpendit iudicium Dei futurū, nō loquitur nisi quæ oportet, quæ scilicet faciunt ad gloriam

**P**ropterea Dei, vel utilitatem proximi. Ad hæc verè stultus est, qui verba multiplicat, quia in multititudinē verborū non deerit peccatum. Quid autem opus est peccata accumulare, cum prius satis superque sit peccatorum? Sapiens semper studet peccata minuere.

**I**gnorat homo, quid ante se fuerit, & quid post se futurum sit, quis poterit indicare? Potest hæc sententia præcedenti agglutinari, ut sit sensus. Stultus de rebus quibuslibet vult loqui, cùm tamen nesciat, quid vel præteritum vel futurum sit, sed prorsus ignarus est. Aliter potest hæc sententia accip-

accipi, ut sit deploratio humanæ miseriae,  
quālē dicat: An non miserum animal est  
homo, qui nescit quid vel præteritū vel fu-  
turum sit? Sic sapientissimi Philosophi ni-  
hil certi nec de initio, nec de fine mundi  
dicere potuerunt. Eorum enim sententia est,  
mundum non habere principiū, nec etiam  
finem, quorum vtrunque falsum est. Vult  
igitur hic nos monere, ne superbiamus &  
præsumamus de scientia nostra, quæ tam  
parua est. Secundò, vult ut nihil de ratio-  
ne nostra cōfidamus, sed in solum verbum  
Dei respiciamus, quod certissimè & de præ-  
teritis & de futuris iudicat. Porest & aliter  
accipi verbum hoc, ut sit quasi increpatio  
mundanorum, qui adeò cęci sunt, quod nec  
præteriorum memores sint, nec futura  
prospiciant. Non igitur mirum, quod mul-  
tis malis obnoxii sunt. Vult igitur Salo-  
mon monere, ut oculos ape: iamus, & tam  
præterita quam futura cogitemus.

**L**abor stultorum affliget eos, qui nesciunt in  
urbem pergere. Stultus in omni labo-  
re molestiam sentit, quia nescit ingredi ci-  
uitatē, hoc est, opera sua nulla fide auspicatur,  
nec ea rectē ordinare scit. Laborat cor-  
pore & animo, nō cogitat Deū. Sic in Psal. Psal. 106  
Viam ciuitatis habitaculi non inuenetur,  
hoc est, nesciunt ubi verā requiē inuenire

possint. Econtra piis hominibus omnis etiam labor externus leuis est, quia sciunt ingredi ciuitatem, sciunt ordinare laborem suum, sciunt etiam in labore Deum cogi-

*Psal. 126* rare. Huc pertinet quod David ait: Beati omnes qui timent dominum, &c. Labores

*Psal. 111* manuum tuarum, &c. Item, Beatus vir qui timet dominum, &c. hoc est, tam feliciter ager, adeoque benedicentur labores eius, ut ei inuidiat peccator, &c. Vis igitur ut labo*r* tibi molestus non sit, disce ingredi in ciuitatem, hoc est, omnia in Deum ordina-

*Ioan. 16* re, in ipso solo requiem querere, & quiesce-re: In me (inquit pacem) inuenieris. Potest etiam locus hic intelligi de spiritualibus exercitiis, quae non ob aliud nobis tam gravia videntur, quam quod non cogitamus supernam patriam. Econtra piis hominibus omnia leui sunt, quia cogitant futura

*Matth. 5* præmia. Hinc Christus: Beati estis cum maledixerint vobis, &c. Gaudete, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.

**V**ae tibi terra, cuius rex puer est. Insignis planè sententia, quam & Salomonum diligentia omnibus inculcare voluit. Ideo enim primo exclamationem facit, ut excitet & fortius moueat. Deinde addit verbum illud, Vae, quod semper magnum aliquid malum indicat, ubique in scri-

ptura

ptura ponitur. Vult autem indicare sum-  
mum esse malum, ac certissimum diuinæ  
iræ signum, cùm stultus contingit prin-  
ceps. Sic enim Deus minatur, Dabo pue- Eze. 5  
ros principes eorum, &c. Sicut econtra,  
prudens & cordatus princeps, decens me-  
dium est ad regionis totius incolumita-  
tem, & pacem promouendam conseruan-  
dāque. Puer autem hic non ratione æta-  
tis intelligitur, sed sapientiæ. Iuxta illud  
Pauli : Nolite effici pueri sensibus, sed ma-  
litia pueri estote. Certum enim est pleros.  
que bene regnum administrasse, qui tamē  
ætate adhuc pueri erant. Sic Iosas septem 1. Cor. 14  
annorum rex factus, bene regnabat in iu-  
uentute. Osias sedecim annorum bene re- 4. Reg. 15  
gnabat. Sic Iosias octo annorum rex, cùm 4. Reg. 22  
adhuc puer esset, cœpit querere dominū. 3. Reg. 12  
Econtra Roboam satis annosus(nam qua-  
draginta annorum erat)parum tamen pro-  
spere regnum administravit. Per regem  
igitur puerum eum intelligit, qui et si an-  
nosus sit, tamen puerorum malas condi-  
tiones habet. Puer namque ignorans & o-  
bliviosus est, regitur ab aliis, nescit se  
ipsum regere, ludit plerunque etiā in mor-  
te parentum: denique ob leuiculas res ira-  
scitur. Is igitur rex puer est, Primo, qui  
ignorans est, cùm ipsorum sit scire iudicium,

*Deute.* 17 *vnde & rex iubetur apud se habere Deuteronomium legis. Secundò , qui obliuiosus est, hoc est, qui causam pauperum differt, obliuiscitur, &c. Tertiò , qui ab aliis regitur, & quodcunque mali homines ipsi suadent, exequitar. Quartò , qui tantum voluptatibus, hoc est, ludendo, potando, venando, &c. tempus terit, regni administrationem aliis committens, nihilq; curans de subditis. De*

*Amos* 8 *huiusmodi principibus Amos loquitur: Væ vobis, inquit, qui opulēti estis in Syon, &c.*

*Dani.* 5 *Talis erat Balthasar in Daniele. Quintò , pueri principes sunt, qui ob leues causas bella mouent, quibus subditi ad paupertatem rediguntur, id quod frequentissimum est in ecclesia, &c. De huiusmodi igitur regibus Salomon hic loquitur.*

*E*t cuius principes manè comedunt. Nedum reges, sed & principes pro bono Republicæ instituuntur. Malus autem princeps est, qui manè comedit, hoc est, qui dies noctesque comessationibus perdit, id quod pleruque videmus in aulis principū. Contra hos loquitur Esaias: Væ qui manè consurgitis ad ebrietatem, &c. Vel, Manè comedunt, qui non distribuunt opera, & operas, & tempora. Vel, Manè comedunt, qui primò sibi consulunt, res regni ad vesperam reiiciunt, & postremo loco tractant. Manè enim

enir  
Pulc  
& m  
fos  
prin  
Dei  
mali  
& p  
prin  
**B**  
nuit  
Perr  
testa  
nobis  
ficiat  
bili  
qui  
&c.  
signi  
sunt  
xim  
bilita  
phi e  
narur  
roga  
non e  
suis c  
dianu

Deute-  
liuſosus  
diſſerſt,  
regitur,  
uadent,  
luptati-  
ndo, &c.  
em aliis  
it. De  
it: Vx  
on, &c.  
Quinto,  
uſas bel  
ertatem  
um eſt  
r regi-

Nedum  
o Rei-  
a prin-  
ui dies  
d quod  
. Con-  
e con-  
e come  
operas,  
ui pri-  
am re-  
Mand  
e aim

enim eſt prima hora agendi & laborandi. Pulchre igitur ſub metaphorā, puerorū & manē comedentium, deſcribit pernicioſos princeps. Si igitur contigerit bonus princeps, gratias agamus, nam magnum Dei donum eſt, bonus princeps: Sin autem malus contigerit, oremus Deum & pro ipſo & pro nobis. Nam magna malum eſt princeps malus.

**B**eatā terra cuius rex nobilis eſt. Eſt & hæc Begregia ſententia, qua breuissimè inuitur, quid & regem & princeps deceat. Per regem autem intelligit ſuperiorem po- testatem. Ad regem igitur pertinet, ut ſit nobilis. Nobilis autera hoc loco non ſigni- ficat eum, qui vetuſtis ſtemmatibus aut no- bili ſanguine clarus eſt: multo minus eum, qui ſuperbia, ſauitia, oppreſſione aliorum, &c. ſe nobilem credit. Sed nobilis eum ſignificat, qui virtutibus clarus eſt, quæ ſunt fides erga Deum, & charitas erga pro- ximum, ſapiencia, prudentia, &c. Si cede no- bilitate locuti ſunt vtererces. Hinc Philo- phi excellentiores virtutes heroicas nomi- narunt. Hinc quidam Philofophus inter- rogatus, quis eſſet nobilis, respondit: Qui non eſt propriæ voluntati ſubiectus, & qui ſuis concupiſcentiis imperat. Hinc Clau- dianus poëta:

Tu licet extremos latè domineris per Indos,  
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorant.  
Si metuis, si prava cupis, si duceris ira,  
Servitij patiere iugum, leges tolerabis iniquas:  
Tunc omnia rite tenebis, si poteris rex esse tui.

Summa nobilis idem est, quod nolcibilis, hoc est, cui rarae virtutes & præclarafacta longè latèque nomen pepererunt. Hanc virtutum nobilitatem Deus in magistratibus quibuscumque exigit. Hinc

*Nume. II* Moysi dicitur: Congrega septuaginta viros senes, quos nosti quod senes sint, &c.

*Dente. I* Item, Date ex vobis viros sapientes & gnaros, & quorum probata sit conuersatio, &c.

*Exod. 18* ponam eos principes. Item, Elige ex omni populo viros sapientes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auari-

*Lexit. 21* tiam, &c. Sic etiam tales voluit habere sacerdotes & ministros, in quibus nulla es-

*Diatt. 5* set macula etiam corporalis. Sic Christus vult, ut Apostoli sint tanquam lumina-

*1. Tim. 3* ria mundi. Sic Paulus vult Episcopum irre-

*Actu. 6* prehensibilem esse. Sic Petrus iubet eli-gere Diaconos boni testimonij, plenos Spiritu sancto, &c. Hanc virtutum & operum nobilitatem, etiam hic exigit Salomon in rege.

**E**T eius principes reguntur tempore suo. Congruè post regem addit & prin-cipes,

pes, hoc est, minores magistratus, consilia-  
 rios & officiales. Ad bonum enim publi-  
 cum pertinet, ut etiam tales probi sint. His  
 autem potissimum conuenit, ut comedant  
 in tempore suo, hoc est, ne comedantibus  
 videntur. Nihil enim dedecorosius in  
 principe, quam ebrietas, ubi scilicet sub-  
 diti coguntur appellare ab ebrio ad so-  
 briū. Hinc Sapiens: Noli regibus dare Pro. 31  
 vinum, ne obliuiscantur iudiciorum, &c.  
 Hinc & Esaias, Vae qui consurgitis mane Esa. 5  
 ad ebrietatem, &c. Sic nihil magis decet  
 principem, quam sobrietas, immo nihil ma-  
 gis necessarium. Tale enim gerit officium  
 ut pro sibi commissis reddenda sit ratio  
 Deo. Vel aliter, Comedunt tempore suo,  
 hoc est, non præferunt suum ventrem ne-  
 gotiis regni, non querunt quæ sua sunt, sic  
 que accipiunt stipendium suum, frumenta  
 que principis largitione, ut victum habeat,  
 ut se & familiam sustentent, non ut colli-  
 gant infinitos thesauros. Manducare licet,  
 sed non id tantum agendum. Stipendium  
 accipere pro officio licet (Dignus est enim Matt. 9  
 mercenarius mercede sua. Et, Quis plan- 1. Cor. 9  
 tat vineam & de fructu eius non edit? &c.)  
 sed non id tantum agendum, quemadmo-  
 dum plerique faciunt. Avaritia enim regnat  
 in aula, & ipsis proceres nihil nisi avaritia

**Luc. 3** sunt, omnia corradunt, &c. Contra quos  
Ioannes, Neminem concutiatis, contenti  
estore stipendiis vestris. Vides igitur quām  
breuibus verbis & bonorum principum  
conditiones descripscerit Salomon, & ma-  
los principes taxauerit. Consultum autem  
esset, vt secundūm hanc sententiam Salo-  
monis, fierent electiones & regum & Epi-  
scoporum, tunc enim verè beata esset ter-  
ra, &c.

**Prov. 20** **I**n pigrījs humiliabitur contignatio, & in  
infirmitate manuum perstabilit domus. Vel  
aliter, per desidiam deficiunt trabes. Pro-  
verbialis sententia est, quasi dicat: In ta-  
li regno, vbi rex est stultus, & proceres sua  
querunt, perinde accedit, vt patrifamilias,  
qui cūm possit uno nummo comparare, ne  
corrumpantur tigna ædium, non facit, do-  
nec tota domus ruinam trahat. Huc perti-  
net quod alibi dicit: Egestatem operatur  
manus remissa, manus verò sedulorum di-  
tat. Monet igitur hoc verbo principes ad  
laborem & sedulitatem, sicut Paulus ait:  
**Rom. 12** Qui ministerium habet, fungatur eo in  
ministrando: Qui docet in docendo, &c.  
Pulchrè autem per similitudinem domus  
& patrifamilias, depingit officium prin-  
cipium & Prælatorum. Sedulus enim pa-  
tifamilias non contentus est, quod habet  
firmam

ficiam domum , sed insuper studet eam conseruare. Deinde , si quid frangitur vel perit , restaurat , idque statim , antequam māius damnum accrescat . Præterea , semper etiam aliquid addit rebus & ornatui. Atque hæc sunt quæ pertinent ad principem . Declara per singula. Quæ nisi fiant , pereunt & regna & Episcopatus , sicut est dies hæc , &c. Monentur etiam hoc verbo singuli patresfamilias , ne ociosi sint si saluam velint domum & familiam . Spiritualiter autem monemur omnes & excitamur ad laborem , ut domus nostra , conscientia scilicet , quæ semel Deo dedicata est , conseruetur . Nisi enim diligenter obseruaueris tigna domus , hoc est , quinque sensus exteriores , iam pluua irruit , & intrat mors per fenes- Hier. 9 stras . Seduli igitur homidis est , circa domum conscientiæ suæ ea agere , quæ supra de patrefamilias diximus . Nempe conseruare , reficere , ornare , &c.

**I**N risu faciunt panem & vinum , ut epulen-  
tur bibentes . Taxat hic pestilentes illos  
homines in principum aulis , qui nullo  
funguntur honesto officio , sed solum lu-  
dicris rebus & operibus merentur suum  
stipendium , adulando , palpando , po-  
tando , alias tradendo , &c. parant diui-  
tias , quasi dicat : Nihil curant , nisi ut  
bene

bene vivitent, nihil profunt principibus, nisi quod exhauiunt cellas, & sumptibus non necessariis principes gravant. Vbiue spectant argentum, siue fiat Republicæ commodo siue incommodo. Pauci autem

*Psal. 126* sunt in principum aulis, qui labores manum suarum comedant, &c. Vel aliter, taxatur hic foedus creaturarum, ut pote panis, vini, & pecuniae abusus. Panis siquidem siue omnis cibus in alimoniam aduersus iniuriam famis, Vinum item ad secundam sitim, à Deo nobis data sunt. Iu-

*Psal. 103* xta illud, Qui producit frumentum iumentis & herbam seruituti hominum, ut edu-

*Proph. 31* cat panem de terra, &c. Et Salomon, Date siceram mōrentibus, & vinum his qui amaro sunt corde, ut obliuiscantur egestatis sui, &c. Verum nemo est, qui cibos ad alendum corpus, vinum ad secundam sitim vel remedium mōroris amplius sumat, sed tantum ad luxum & voluptatum irritamenta, quod quid aliud est, quam contemptus Dei? Sic pecunia huic usui dedicata est ut per eam iusti inter homines coēant contractus, atque ciuilis commercia, hac adiuuentur egeni. Verum nos pecunia ad nostram nequitiam abutimur. Quid enim non malorum impetrat pecunia? hæc patet adulteria, homicidia, &c. Denique pecunia

cunia regina est , in cuius obsequium prona sunt voluersa sub sole. Hoc autem quid aliud est, quam Idololatria? Hinc est, quod etiam Paulus, avaritiam nominat Idololatriam. Spiritualiter autem , In risu faciunt panem & vinum Pseudoprophetæ , qui ea prædicant , quæ populo placent , qui peccatores palpat , &c. Obediunt autem pecuniae , dum cibos & opes per delectabilia promissa conquirunt: Vel, dum propter diuitias viuificant animas quæ non viuant , & mortificant animas , quæ mortuæ non sunt.

**I**n cogitatione tua regi ne detrahias. Cùm haec tenus magistratus taxauerit , nunc ne quis hoc velit imitari , & ipsis detrahere , prohibet. Dei est ut verbo suo possit principes corripere , non tamen vult , ut nos eum in hoc imitemur. Hinc in Exodo: Diis non detrahias , &c. Cur enim eis detrahias , qui tantis curis & laboribus pro te vexantur , si boni sunt. Si verò mali sunt , sat ipsis malorum sua impietas adfert. Compatere ergo potius , quam ut ipsis detrahias. Deinde considera trabem in oculo tuo prius. Præterea , cogita , si tu hoc munit sustineres , forsitan plura peccares , & ne illa quidem præstares , quæ illi præstant. Signanter autem addit: in corde tuo. Putant enim homines cogita

Exod. 22

Lut. 6

cogitationes & quæ occultè sunt, etiam Deum latere. Vult igitur inhuere, Deo nihil occultum esse. Addit: Nec diuiti male-dicas, id quod solent pauperes facere, &c. Subdit causam: Quia aues cœli portabunt vocem tuam, hoc est, non latebit, sed inno-tescet, ac sic punieris. Ira enim regis mors est, &c. Quod si ab homine non punieris, at Deus puniet. Spiritualiter monemur, ut nec Christo nec sanctis, qui verè diui-tes sunt, detrahamus. Non enim impunis-erit, qui hoc fecerit.

## C A P V T . X I .

**M**ITTE panem tuum super aquas transentes, &c. Quæ haltebus Salomon dixit, fuerunt quasi quædam inuestiua in stultos, ac descriptio regni mundi: Nunc autem circa finem libri exhortatur ad bona opera. Per hoc autem se verum Ecclesiastem ostendit, cuius officium est, ita destruere ope-ra carnis, ut tamen iuxta hoc etiam adi-cepit & prouehat virtutes. Deinde per hoc etiam præuenire vult scandalum infirmo-rum, qui cum audiunt, quām iniquum sit re-goum mundi, incipiunt affici tædio, & co-gitant à rebus gerendis cessare, cum tamen eò for-

eo fortius operandum sit. Præterea, cùm  
haec tenus damnauerit inutilia studia & o-  
pera hominum, nunc indicat, in quibus te  
utiliter occupare possis. Pulchrè autem in-  
cipit ab operibus charitatis & misericor-  
diae. Nihil enim magis decet Christianum,  
quàm charitatem præstare, vt qui magna  
& ipse à Deo accepit. Deinde, Nihil tam  
strictè à nobis exigit Deus, vt charitatem;  
Hoc, inquit, est præceptum meum, vt dili-  
gatis inuicem. Præterea, secundūm opera Ioan. 13  
C. 15  
charitatis, præcipue iudicabitur. Sic enim  
dicet Iudex: Venite benedicti, &c. Esuriui Matth. 25  
enim, &c. Singula autem verba quæ Salo-  
men hic ponit, suam habent emphasm. Per  
hoc enim quod dicit, Mitte vel proifice,  
hoc indicare vult, nihil minus Christianum  
esse, quàm cor habere terrenis affixū, ideo  
iubet proicere. Sic David, Diuitiae si af-  
Psal. 63  
fluant, nolite cor apponere. Deinde, hoc  
verbo etiam docere vult, vt hilari mente  
errogemus, non ex tristitia aut necessitate:  
Hilare enim datorem diligat Deus. Ad-  
dit, Panem tuum. Hoc autē verbo omnem  
tenacibus excusationem aufert. Quid enim  
minus dare potes, quàm panem? Nihil ma-  
gnum à te exigit, Non exigit, vt omnia  
relinquas; &c. Deinde, hoc verbo præclu-  
dit viam ociosis illis, qui aliorum sudori-  
2. Cor. 9  
bus

bus & beneficiis fruuntur, ad ocium & la-  
sciuiam. *Dicit inquit panem, quasi dicat,*  
*Da necessaria, non ut alius in ocio & la-  
sciuiam sustentetur.* Sic enim & Paulus docet.

*2. Cor. 8* Non, inquit, ut illis sit remissio, vobis au-  
tem tribulatio, &c. Addit, Super aquas.  
Hoc verbo primo docet, ut diuitiis non  
aliter utamur, quam aqua: Cù n opus ha-  
bes uteris aqua, quod reliquum est, sinis  
ad alios transire. Sic utere diuitiis. Deini-  
de, hoc verbo taxat falsam illam mundi  
opinionem, qua quicquid in alios eroga-  
uerit, existimat se perdidisse, ac velut in  
aquam proiecisse. Præterea, hoc verbo  
monet, ut non queramus gloriam huma-  
nam in eleemosyna danda: Proinde (in-  
quit) super aquas, hoc est, non tibi ipsi pla-  
ceas, non cogites quantum vel quid de-  
*Matt. 6* deris: Nesciat sinistra tua, quid faciat  
dextra.

*E*T post multa tempora inuenies illum. Pro-  
missio est, ut eo fortius incitemur ad  
beneficiendum. Inuenies (inquit) eum,  
quasi dicat. Non perficit quod largitus fue-  
ris, etiamsi videatur in aquam missum &  
perisse, imò dominus ad longum tempus  
*Psal. 36* restituet. Iuxta illud, Tota die miseretur  
& comodat, & semen illius in benedi-  
ctione erit. Si enim non perit semen, quod  
inter

in terram proiicis: quid times peritum,  
quod in Domini manū reponis? Huc perti-  
net quod alibi scriptū est: Qui miseretur <sup>Proi. 19</sup>  
pauperi, fœneratur Dœ. Itē, Qui potum <sup>Matt. 10</sup>  
dederit aquæ frigidæ, &c. non perdet mer-  
cedem suam. Item, Date, & dabitur vobis. <sup>Lue. 6</sup>  
Mensuram bonā dabunt in sinus vestros.  
Item, Absconde eleemosynā in sinu paupe <sup>Eccle. 29</sup>  
ris, & ipsa exorabit pro te. Item, In tempo- <sup>Psal. 36</sup>  
re famis saturabuntur. Huc pertinent exē-  
pla illa scripturæ. Sic Ietro suscipiēs Moy- <sup>Exod. 2</sup>  
sem, meruit assumi in populum Dei. Sic <sup>Tob. 11</sup>  
Tobias eleemosynarius in fine vitæ ex in-  
sperato multa bona recepit. Sic Abigail <sup>1. Reg. 25</sup>  
subueniens Dauidi, meruit in reginam as-  
sumi, &c. Vide igitur, quantum hæc sen-  
tentia repugnet sensui carnis & rationis.  
Ratio enim suadet, si vis accumulare ol-  
pes, esto tenax, nihil gratis expende, &c.  
Verbum autem Dei ex diametro pugnat  
cum ratione nostra. Sic enim docet ver-  
bum Dei, Si vis conseruare & augere di-  
uitias, eroga in pauperes. Eo modo dicen-  
di, quò alibi dicit: Qui amat animam suā  
perdet eam, &c. Signanter autem addit:  
Post multa tempora, &c. vt sciamus non  
perire eleemosynam, etiam si non sta-  
tim experiamur fructum. Aliquando enim  
statim reddit fructus eleemosynæ, vt patet

Ioan. 12

**3. Reg. 17** in vidua Sareptana, &c. Aliquando differunt usque in tempus necessitatis. Spiritualliter autem iubemur panem verbi Dei mittere super aquas, hoc est, super corda Spiritus sancti gratia irrigata, tunc enim inueniemus fructum: Si autem super corda duraproieceris, nihil efficies.

**Luc. 6** **2. Cor. 9** **D**a partes septem, ne non oculo, &c. Ad idem exhortatur. Non autem aliud vult, quam quod Christus expressis verbis docet: Omni potenti te tribue. Itē quod Paulus, Qui seminar in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Nominat autē septem & octo, ne putas satis esse, si unius bene feceris. Nullam autem personam nominat, vera enim charitas nō attendit personam sed necessitatem. Quāquam enim sape indignus est, qui accipit, nō tamē perdit, quod necessitati impendis, quia in Dei manū reponitur: Non tamē per hoc eos confortare vult, qui cum sua turpiter prodegerint, postea ab aliis pasci volunt. Supradicim omnes nos monuit ad laborem. Deinde signanter admonuit principes, ut aduigilent officio suo. Ad ipsos autem pertinet punire eos, qui sua turpiter dilapidant, itemque ociosos ad laborem compellere. Addit autem Salomon comminationem, tanquam calcar alterum.

Quia

**Q**via ignoras, quid futurum sit mali super terram. Dupliciter intelligitur. Primo, nescis quid de te futurum sit, fortassis & tu indigebis alterius auxilio. Sic dices Lizato subuenire nolens in vita, post mortem eius auxilium expetere coactus est, licet frustra. Pulchre enim ita comparatum est, ut nemo sit qui omnia habeat, & non aliorum etiam vel auxilio vel conilio indigeat. Sic apud Aesopum, etiam leo maximus animalium ab infirmo mure auxilium implorat, ut retia quibus captus erat, corroderet. Secundo, sic intelligitur: Ignoras quid futurū sit mali: hoc est, forsitan cras morieris, & relinques bona tua hominibus indignissimis: Aut alia calamitas subito ingruerit, ut doleas quod non erogaueris, & tunc cum velis non possis. Ergo dum habes vel potes, nescis enim quid vespera aduehat. Nam cum principes thesauros congregant, nihil faciunt, quamquam parant bellorum causam: & diuites multa congregantes, litium & dissensionum materiam sibi accumulant. Taxatur etiam hac sententia, qui cum ipsis nihil boni faciant, putant satis esse, si Testamentariis committant. Stulte, tunc tu non amplius es villicus: Fac tibi amicos de mammona iniquitatis, dum viuis. Sic Daniel regi dixit,

Luc.16

Luc.16

Danie. 4 Peccata tua eleemosynis redime, non ait,  
Post mortem iube dari eleemosynam. For  
tafisis enim in infidelis futurus erit, cui tu bo-  
na tua distribuenda committis. Nec mirū.  
Si enim tu tibi ipsi infidelis es, quid mirū,  
si etiam alius tibi infidelis sit? Allegoricè,  
Septē & octo partes simul dare iubemur,  
ut scilicet & spirituale sabbathum, & spiri-  
tualem circuncisionem habeamus. Vel ali-  
ter, ut simul & nouum & vetus Testamen-  
tum recipiamus. Vetus enim per septem:  
Nouum per octo designatur, quia octauo  
die Christus resurrexit. Iudæi tantum  
dant rem, quia tantum vetus Testamen-  
tum recipiunt. Martinus & Manichæus tan-  
tū dant octo, quia legem Moysi damnant.

**S**i repletæ fuerint nubes, imbræ super ter-  
ram effundent. Potest hæc sententia an-  
necti ad superiorem, ut sit admonitio ad  
eleemosynā. Sicut enim nubes, &c. si qui  
à terra eleuatus est, & corde in cælestibus  
habitat, ad hæc repletus est, hoc est, scit se  
omnia à Deo habere, & Deum omnia pos-  
se restituere, is largiter donat. Qui au-  
tem non ut nubes eleuatur, sed terræ ad-  
hæret, nec repletus est, nō enim sentit quā-  
tum bonum habeat, qui Deum habet, ni-  
hil dat. Vult igitur, ut imitemur nubes,  
&c. Vel aliter, ut sit promissio, quasi di-  
cat:

cat: Si habes substantiam, da illis qui sunt  
instar nubis vagæ, & nihil habent. Illas (in  
quam) nubes reple, & videbis te etiam im-  
pleri. Vel aliter, Nubes spirituales, hoc est,  
Apostoli non reddunt pluviā, nisi prius  
fuerint pleni, hoc est, à Deo docti & firma-  
ti. Potest etiam generaliter intelligi, vt  
idem sit cum eo, quod Christus dicit: Ex Matt. 12.  
abundantia cordis, os loquitur. Vel ali-  
ter, Sicut nubes aquis plenæ, plerunque ve-  
hementem imbrem proiiciunt non sine dā-  
no: sic si in aliquare nimius fueris, effluer,  
totumque peribit opus. Proinde in rebus  
omnibus decens atque salubris illa obtinē-  
da est mediocritas.

*Est modus in rebus, sunt certi denique fines.*  
Et: Ne quid nimis. Videndum igitur, ne à  
regia via declinemus.

**S**i ceciderit lignum ad austrum aut ad aqui-  
slonem, quoquaque loco ceciderit, ibi erit.  
Sunt qui locum hunc tantum ad conten-  
tiones trahunt contra purgatorium, nihil  
que certius habent ex hoc loco, quam nul-  
lum esse purgatorium, quasi ex alio mūdo  
redierint, & omnia viderint, aut quasi in  
consilio Dei fuerint, nō attendentes quod  
dicitur: Iudicia tua abyssus multa. Itē, O al-  
titudo diuinitatū sapientiæ & scientiæ Dei, Rom. 11  
&c. Nec etiā attendūt, quantā fenestrā car-

nalibus aperiāt, dum eis omnem timorem iudiciorum Dei auferunt. Hinc enim est, quod nunc omnia vitia abundant, quia omnis timor ablatus est. Non timemus peccatum, quia sunt qui alleuiant peccata: non timemus Deū, quia sunt qui tantum Dei misericordiam prædicant, non autem iudicium Dei; non timemus purgatoriū, quia à plerisque negatur: sed nec infernū timemus, quia & hunc suo tempore finiendum Anabaptistæ affirmat. Vnum est quod adhuc timemus, potestas scilicet gladij, quā & ipsam plerique abolitam cupiunt, nimirum, ut sublato omni timore, liberè peccare possint. Sic carnales tantum carnis libertatem querunt. Sic plerique Pseudoprophetæ docent populum confidere in mendacio, dicentes: Pax, pax, cùm non sit pax. Sed ad Salomonē reuertamur, qui hac sententia nos percellere vult, vt operemur bonum, fideique fructus ædamus, dum adhuc sumus in hac vita. Post hanc enim vitā, non est tempus operandi. Hinc & Paulus:

Hiere. 6

Galut. 6

Quæ seminauerit homo, hæc & metet. Bonum igitur faciendo non deficiamus, &c. Pulchre autem hominē arbori comparat. Hoc enim frequens est in scriptura, imò & Philosophi dicunt, hominē esse arborē inuersam. Sicut igitur arbor, quā diu in terra fixa

fixa stat, percipit & humorē è terra, & plu-  
 uitā de cælo: sic & homo, quām diu hic vi-  
 uit, &c. Secundò, sicut in sylua nedum par-  
 ux, sed & magnæ arbores succidūt, sic &  
 pauperes & diuites moriuntur. Securis ad Matth. 3  
 radicem arboris posita est. Tertiò, sicut li-  
 gnis & arboribus potissimum vtimur vel  
 ad ædificia, vel ad ignem: sic homines vel  
 ad gloriam vel ad gehennā destinati sunt.  
 Quartò sicut de arboribus quām diu stāt,  
 nemo scire potest, in quem vsum tandem  
 applicabūtur, aut in quā partem cadent: sic  
 nec de homine iudicare possumus, quā diu  
 hic viuit. Per Austrū autē intelligit partē  
 electorū. Ibienim est calor diuinæ gratiæ  
 & lux. Hinc in Numeris candelabrum sua Nume. 8  
 tuitur in dextera parte tabernaculi. Sic &  
 in Ezechiele totum ædificium per Chri- Exe. 40  
 stum ædificatum, respicit ad Austrum. Per  
 Aquilonem autem intelligit partem re-  
 proborum, vbi perpetuum frigus & tene-  
 bræ erunt. Vult igitur Salomon, vt agno-  
 scamus nos esse arbores è terra natas, &  
 suo tempore succidendas. Secundò, vt bo-  
 nis inuigilemus, dum tempus habemus. Galat. 6  
 Tertiò vult, vt etiam futura præmedite-  
 mur. Ad quatuor enim partes homo respi-  
 cere debet. Primò ad Orientem, hoc est,  
 qualem habuerit ortum, & quo ad natu-

ram & quo ad gratiam. Secundò, ad Occidentein, hoc est, ad mortem. Tertiò, ad Austrum, hoc est, futuram beatitudinē. Quartò, ad Aquilonem, hoc est, æternam damnationem. Huc pertinet figura de duodecim bobus sub mari æneo, ad quatuor plaga mundi respicientibus. Signáter autem dicit: Quocunque ecclerit, illic manebit: ut scilicet ostendat utrobique futuram esse æternitatem contra Anabaptistas quosdam, qui putant tantum ad tempus duratam impiorum damnationem.

**Q**ui obseruat ventum, nō seminat: & qui considerat nubes, nūquāmet metet. Spiritualiter, qui ventum humanæ laudis obseruat, aut pluiam conuiciorum timet, is non restè agit officium Prædicatoris. Ad literam autem monemur hac sententia, ne à bono nos præpediri sinamus, quacunq; de causa, alioqui nunquam bonum operabimur, quia nunquam deerunt impedimenta. Arguit igitur hoc verbo eos, qui semper occasions & excusationes prætendunt, quò minus bene agant. Sicut enim piger nunc aestum, nunc frigus, nunc ventum causatur, siche omnino sementem negligit. Iuxta illud: Propter frigus piger arare noluit, &c. Itē, Dicit piger, Leo est in via, &c. Sic & in re salutis semper excusationes

nes prætendimus. Alius expectare vult do-  
nec venti & pluuiæ, hoc est, tentationes &  
persecutiones iustorum transiunt; sed fru-  
stra expectat. Semper enim pressuram ha-  
bent prij in mundo. Alius differt bona vsq;  
ad senectutem, quam tamen plerunque nō  
assequitur. Alius ideo non dat eleemosynā,  
quia timet penuriam, verūm non res data  
attendenda est, sed verbum promittentis  
Dei. Alius causatur ingratitudinem homi-  
num. Alius differt usque post mortem, sic  
que pauci bene operantur: Qui enim ob-  
seruat ventum, non seminat. Vult igitur  
Salomon, ut sine omni dilatione & excusa-  
tione operemur bonū. Et subdit causam:

**Q**uomodo ignoras quæ sit via spiritus, &  
qua ratione cōpingantur ossa in rētre:  
sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium.

Hoc est, sicut nescis quæ sit via venti, &  
quomodo compingantur ossa: sic nescis  
quid dete statuere velit Deus, an cras mo-  
rieris, &c. Potest etiam sententia hæc ge-  
neraliter accipi, nempe quod ratio carna-  
lis non potest inuestigare opera Dei. Hinc  
Christus: Spiritus vbi vult spirat, &c. & ne  
scis vnde sit, &c. Sic David, Mirabilis est  
scientia tua ex me, &c. Fide autem in ver-  
bū domini verè cognoscuntur opera domi-  
ni. Iuxta illud: Nobis reuelauit Deus per

Ioan. 16

Ioan. 3  
Psal. 138

spiritum suum. Plura scripserunt Philosophi de ventis, & de formatione hominis in utero, sed nihil certi prodiderunt: Fidelis Psal. 135 autem scit, quod Deus producit ventos de Icb. 10 thesauris suis, eiq; fiducialiter dicit: Manus tuæ fecerunt me & plasmaverunt, &c.

**M**anè semina semen tuū, & vespere ne cesset manus tua: quia nescis, quid magis oriatur. Solemus plerunq; ab incepto opere cessare, si vel semel infeciliter cesserit: Hoc igitur præuenire vult hoc verbo quasi dicat: Ut maximè matutinus labor tibi interriisse videatur, noli tamen ob id cessare, forsitan enim aliquid vespere præuenturū est, forsan vtrunque tempore suo. Credentis enim est, summa diligentia exequi opus à domino sibi commissum, sitie aliquid proueniat siue non. Ideo enim Deus interdum labores piorum frustratur, vt eos probet, an cœpta diligentia in vocatione perseverare velint. Singula autem verba emphatim habet. Primo enim non dicit, Operare bonum: sed Semina, nimirum consuetudo tropo scripturæ, quod significatur opera piorum non magis perire, quam semina terræ credita, quæ cum usura redeunt, sic & bona opera, &c. Secundo addit: Semen tuum, hoc est, opus tibi à Deo mandatum, ne quis omissa vocatione sua, aliis intendant

dat. Tertiò addit Manè, hoc est, tempestiuè  
vel in iuuētute: Bonū enim est, viro cū por-  
tauerit iugum ab adoleſcentia sua. Quar-  
tò subdit, Et vespere, vt indicet ſemper eſ-  
ſe operandum. Quintò addit, Nescis enim  
quid magis oriatur, hoc est, Deo placat.  
Sextò, Eſſi vtrunq; ſimul, melius erit. Feliciſſimè enim moritur, qui tota vita domi-  
no ſeruiuit. Praterea hortatur etiam hic  
ad manualem laborē, qui ob id non eſt in-  
termittendus ſi non ſemper fructus proue-  
niat. Sępe enim facit Deus laborem noſtrū  
frustraneum, vt diſcamus non laboris, ſed  
Dei eſſe. Si quid boni inde prouenit.

**D**Uce lumen, & deleſtabile eſt oculis, vide= lumen  
re ſolem. Hoc dictum primò ſic po-  
test accipi, vt ſit comprecatio, quaſi di-  
cat: Quām dulcis eſt ſol & iucunda lux,  
tam iucunda res eſſet, ſi quis æderet exem-  
plum huius doctrinæ. Sic ſolent Prædi- exemplum  
catores comprecari & optare, quemad-  
modum Moyses: Utinam ſaperent, &c. Deut. 32  
Poteſt etiam hoc dictum accipi, vt ſit pro-  
missio, quaſi dicat: Si iucunda res videtur  
lux & vita tēporalis: adeò, vt non rādeat  
te laboris cuiuscunque ad eam conſeruan-  
dam. Multò iucundius eſt videre ſolem  
iustitiae, & habere vitam ſpiritualem: ad  
eam igitur acquirendam, non te pigeat  
iustitiam

iustitiam colere. Præmium enim pietatis, est lux illa cælestis & vita æterna. In hunc modum & Paulus argumentatur. Si (inquit) patrum carnalium corruptiones tolerauimus, ne ab eis exhaeredaremur, quanto magis obediendum est patri spirituum, ut viuamus semper? Admonemur etiā hoc dicto, ne dum nimis propitia fortuna fulget, nobis imponi sinamus. Sicut enim lumen tametsi sit gratū oculis, tamē non pauci fixius in id obtutus dum figunt excæcantur, præsertim quibus paulò imbecillior est vi-sus. Sic prospera fortuna, et si Adamo sit iucunda, & plane id quod lumen oculis, tamē plerique per eandē decipiuntur. Iuxta

**Dante.** 3 illud: Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, &c. Quò igitur magis arridet fortuna eō magis timendū & cauendū. Lux plerūq; in scriptura felicitatem significat. Iuxta il-

**Iob** 2.2 illud: In viis tuis splendebit lumen, hoc est eris fortunatus. Poteſt etiā hoc dictum sic intelligi, ut sit dictū carnaliū hominū, qui quotiescumque admonentur, semper hoc prætendunt. Dulce est lumen, iucunda est vita hæc, ego ne hanc vitam negligere, &c. Verū hi attendant quod sequitur.

**S**i amis multis vixerit homo, & in ijs omnibus latet vixerit, meminisse debet tenebroſi tēporis. Pulcherrima admonitio, ne illece

bræ

bræ præsentis vitæ nos seducat. Meminisse  
 (inquit) debet homo in delitiis constitutus  
 temporis tenebrosi, hoc est, mortis. In mor-  
 te enim tenebras ingredimur, & quidem  
 sempiternas, nisi Christum, qui vera lux  
 est, nobiscum feramus. Nox enim plerun-  
 que mortem significat, ut cū dicitur: Venit  
 nox quando nemo potest operari. Econtra  
 autem Christus dicit: Ego sum lux mundi:  
*Ioan. 9*  
*Ioan. 3*  
*Qui sequitur me nō ambulat in tenebris.*  
 Deinde monet Salomon, ut meminerimus  
 dierū multorū, hoc est, temporis post mor-  
 tem, quod æternū erit. Hic enim dum vi-  
 uimus, pauci sunt dies nostri, *Job teste: Bre-*  
*Job 7*  
*ues dies hominis sunt. In futuro autem se-*  
*culo dies multi erunt, hoc est, æternitas.*  
*Quæ enim videntur temporalia sunt, quæ*  
*non videntur æterna. Addit Salomon: Qui*  
*cum venerint, vanitatis arguentur prateri-*  
*ta. Verissima sententia, Magnum quid vi-*  
*debatur esse potentia Alexandri, Cyri, Iu-*  
*lpii, dum viuerent: Mors autem eorū omnia*  
*præterita arguit vanitatis. Idē nobis quo-*  
*que cōtinget. Hinc Esaias vitā præsentem*  
*somnio comparat. Sicut (inquit) somniat*  
*esuriēs se comedere, & cū euigilauerit, va-*  
*cua est anima eius, sic nobis continget, &c.*  
*Hinc Iacobus: Vita nostra vapor est ad*  
*modicum patens. Vult igitur Salomon, ut*  
*omifsis*  
*Esaie 29*  
*Jaco. 4*

omissis vanis, ea quæramus quæ vera sunt.

**L**aetare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in die us iuuentutis tuae, &c. Et scito, quod pro omnibus his adducet te Deus in iudicium. Non probat Salomon hoc verbo carnales voluptates, mundanam lætiam, immò beluinos illos mores, & vitæ insanias, quibus iuuentus hodie occupatur, quod ex pluribus probatur. Primò sapientis non est oleum igni adiicere, quomodo ergo Salomon sapientissimus adolescentiam ad lasciuiam incitaret? Deinde

**Propterea 13** cum alibi dicat, Qui parcit virgæ odit filium suum: non consentaneum est, quod hic contrarium doceat. Ad hæc manifestè patet ex his quæ præcedunt & quæ sequuntur, quod non loquitur de insano illo gaudio. Vbi interim videmus, quām periculose sit è scripturis aliqua verba decerpere, non attentis quæ præcedunt & quæ sequuntur. Sicut hic verè Epicurum putares loqui, si non attenderes sequentia. Sensus autem huius loci est, quasi dicat. En vanitatem tibi mundi descripsiō iuuenis, ut te absterrerem à vanis! Ne autem putes omnem tibi lætitiam interdictam, audi sententiam meam. Non prohibeo iucunditatem, nec te in caueam includere volo, libes tibi donauerim, ut gaudeas & iucundè viuas. Itē,

vt creaturis utarisi, vt edas, bibas, &c. tantū  
hoc cura ne iustitiae septa transfilias, vtque  
semper iudiciū futurum ob oculos ponas.  
Idem igitur vult locus iste cū eo quod Pau-  
lus ait: In libertatem vocati estis, tantū ne  
libertatem detis in occasione carnis. Gal. 5.  
Et Petrus, Quasi liberi, & non quasi vela-  
men habentes malitiæ libertatem, 1. Pet. 2.  
Vides quanta discretione gaudiū permit-  
tat. Primo, Iuuenibus loquitur, quibus ob-  
feruorem ætatis, aliquid indulgendum est,  
non autem senibus. Deinde gaudium illud  
qualecunque, temperat & commiscet absin-  
thio iudicij Dei. Nunquā te decipiet mun-  
danum gaudium, si semper cogitaueris fu-  
turum iudiciū. Iuxta illud, Memorare no- Eccle. 7  
uissima tua, & in æternū nō peccabis. Em-  
phasim autē habet quod ait: Scito, hoc est,  
nihil dubites. Item quod dicit: Deus adduc-  
et te in iudiciū, non homo, quem decipere  
potes. Item quod addit: Pro omnibus his.  
Verius tamen & rectius intelligitur locus  
hic de gaudio cordis & spiritus, quod Sa-  
lomon iubet querere in iuuentute. Multū  
enim refert à iuuentute incipere. Iuxta il-  
lad: Bonū est viro cū portauerit iugum ab Thre. 3  
adolescentia. Est igitur sensus, Vides o-  
mnia in mundo esse vana, videsq; imminere  
iudiciū futurū: cura igitur, vt æternæ vitæ  
gaudia

gaudia apprehendas, ac in omni opere tuo  
ab alto rædio, syncera aliqua voluptate ca-  
piaris, quo demum intrepide ad tribunal fu-  
turi iudicis concedere audeas. Hoc autem  
gaudium spiritus, non præstat mundanum

**Prov. 14** gaudiū. Mundani enim gaudiū extrema lu-  
ctus occupat. Multo minus inuenies gau-  
dium spiritus sub malitia huius seculi, hæc  
enim ex sui natura malam conscientiā post  
se relinquit. Sola igitur fide & spe in Chri-  
stum, verū cordis gaudium acquiritur. His  
enim hospitibus intromissis, quicquid est  
meritoris atque tristitiæ, procul à corde fel-  
litur, & pro eisdē tale gaudiū substituitur,  
ut etiā in aduersis animus securus & latus  
**Roma. 5** sit, quemadmodū Paulus ait: Gloriamur in  
afflictionibus. Imò hoc spiritus gaudiū, se-  
curos nos etiam facit coram iudicio Dei.

**A**vfer iram à corde tuo, & malitiam à care-  
ne tua. Et cor & carnem rectificare in-  
tendit, hoc est, totū hominem, & vi riusque  
defectum pulchre exprimit. Ira enim versa-  
tur in corde, voluptas in carne. Hæc autem  
duo potissimum nominat, quia vtrunque in  
iuenibus p̄fop̄r calorem sanguinis for-  
tius regnat. Est igitur sensus, quasi dicat.  
Sicut per timorē Dei volo te cohibitū, ne  
sequaris turpes & nocentes voluptates, sic  
volo te foruare, ne tristitiis vexeris & ad-  
uersis

uersis frangaris. Assuesce igitur non irasci,  
& indignatione vinci: ubi videris omnia  
pessime geri, si quid contigerit triste, scias  
pertinere ad mundum. Sine alios inuidere,  
tu noli, quia illi perdunt iucundam vitam.

Iuxta illud: Putredo ossium inuidia. Dein-  
de etiam serua corpus tuum à voluptati-  
bus. Quid enim prodest cor habere quietū  
si corpus omnibus viriis inquietetur? Vide  
quām egregiè instituat adolescentes, &c.

PROPS. 14.

**A**dolescentia enim & voluptas vana sunt.  
Hoc est, iuuentus tam cito se subdu-  
cit, ut non sentias: quemadmodū ciconias  
videmus quidem aduenisse & recessisse, sed  
nemo eas videt venire aut recedere, sic ado-  
lescentia. Nec minus vana est voluptas, bre-  
uis siquidē & momentanea, plus fellis quā  
mellis habēs. Vel aliter, Adolescentia vana  
est, hoc est, per se rapitur variis passioni-  
bus: Tu ergo sape, & nō adiicias oleū igni.

## CAPVT XII.



EMENTO creatoris tui in iuuen-  
tute tua. In hoc capite pluri-  
bus verbis monet, ut pierati  
studeamus, antequam senectus  
adrepat. Non abs te autē hoc monet. Solet  
enim mundus fermē in decrepitam usque

etatem resipiscentiam suam differre. Deinde solet adolescentibus ad quæque etiā vitia conuiuere, virumque præuenire vult Salomon: utitur autem pluribus verbis, ut fortius persuadeat. Describit autē mira quadā copia, variisq; circumstantiis, senectutis difficultatē, quo nimirū lectorē attentiorem reddat, ad diligentius considerandum multiplices illas senectutis molestias, sicque etate adhuc integra, ad melioris virtutis frugem eluctetur. Præmittit autē exhortationem. Memento creatoris tui. Nō hoc tantū vult, ut corde Deū cogites, vel ore nomines, id enim possunt & mali. Sed Dei me-nisse, est omnē fidē, spem, charitatē, timorem, & obedientiam ad ipsum dirigere. Si-  
cut Dei obliuisci est, fidem, spem, charita-tem, timorē, & obedientiā ab ipso Deo ad creaturem conuertere. Sic Moyses idolola-

**Deut.** 13 trāti populo dicit: Oblitus es domini crea-tori tui. Sic in Osee: Mater tua (inquit) iuit

post amatores suos, & mei obliuta est, &c. Signanter autem abdit Salomō, Creatoris tui, quo nos admoneat primæ creationis,

**Gene.** 1 quasi dicat: Quia ad imaginem Dei factus es, rotus ad eius seruitutem obligatus es.

**A**ntequam veniant dies mali. Dies ma-liti, tempus est aduersitatis cuiuscumque, ut paupertatis, infirmitatis, &c. Stude igi-tur

inde  
viti  
alo-  
for-  
uadá  
is dif-  
orem  
mul-  
cque  
e fru-  
atio-  
antú  
omi-  
i me-  
imo-  
re. Si-  
arita-  
eo ad  
olola-  
crea-  
(iuit  
& c.  
atoris  
ionis,  
factus  
ses.  
ma-  
küquo,  
e igi-  
tur

tur pietati, dum sanus &c. diues es, &c.

**E**T appropinquent anni, de quibus dicas. Non mihi placent. Hoc est antequam senescas. Senectus enim per se morbus est, et iā si nihil præterea morborum accedit: Senectus inutilis est rebus gerendis: Senectus molesta est.

**A**Ntequam tenebrescat sol, luna & stelle. Hoc est, antequam lucem huius mundi relinquere cogaris. Vel antequam infortunia turmatim adueniant. Lux enim felicitatem, tenebrae afflictionem vel infortunium significant. Ut: Exortum est in *Psal. III* tenebris lumen, &c. Vel, antequam sol iustitiae lumen subtrahat suum. Iuxta illud, *Ioan. 9*. Operari oportet dum dies est, venit nox in qua nemo poterit operari. Item, Ambulate *Ioan. 12* dum lucem habetis, &c.

**E**T reuertantur nubes post pluviam. In iuuentute est quædā vicisitudo gaudij, & redit post tempestatem serenitas, post tribulationem luctitia. Senibus autem etiam post pluviam redeunt nubes, hoc est, ablato uno malo, adebat aliud, & est perpetua quædam tribulatio. Senium raro sere-num est, & pluviarū expers. Aut enim lippientibus oculis pluviias lachrymarum effundit, vel nubibus obductum est, hoc est, caligine vel cæcitate.

**Q**uando commonebuntur custodes domus: corpus nostrum quasi quodam domus est. Custodes corporis sunt sensus, qui praecavunt corpora a noxiis. Hi autem custodes in senectute incipiunt deficere. Vel custodes corporis manus sunt, tutores corporis, quemadmodum & Aristoteles vocat manum organum organorum, quia multiplicis officij est, & seruit omnibus reliquis membris, cum alia membra singula habeant sua officia. Est autem corpus nostrum domus, in qua est inuenire politiam oeconomicam, cuius politiae rex caput est, manus custodes, qui in senio trepidant.

**E**t nutabant viri fortissimi. Hoc est quando labantur crura & genua vacillant. Fortitudo enim tribuitur ossibus ac tibiis  
*Psal. 146* vt in Psalmo: Non in tibiis viri beneplacatum est Domino.

**E**t ocose erant molentes. Hoc est, dentes qui cibos molunt, aut enim excidunt in senectute: aut atteruntur, ut amplius molere non possint præ paucitate. Extrema senectus est edentula.

**E**t tenebrent videntes per foramina. Hoc est, cum oculi parum prospiciant: Habet enim senectus caligantes oculos, ut patet in Isaac & Iacob, &c.  
*Gene. 27*  
*Cv 48*

Et

**E**T claudent ostia in platea. Hoc est, gravis senecta haud late vagatur foris. Vel in senecta os est pendulum & tremulum. Os enim est ostium cordis. Hinc Christus: Ex corde exeunt cogitationes Mat.17 malæ, &c. Labia igitur sunt fores siue ostium, per quæ exit cor.

**I**N humilitate vocis molentes. Extenuatur vox molentium hoc est, ora senum, quæ panis molendina sunt, non multum adunt strepitum: Non possunt cantare, clamare, loqui, immo vix trahunt spiritum.

**E**T consurgent ad vocem volucris. Non soli grauiter loquuntur, sed etiam egredi dormiunt: Quia exiccati humoribus, id quod sit in senibus, deest radix & causa somni. Somnus enim habet suum pabulum ex humoribus. Senex igitur facile excitatur.

**E**T obsurdescunt filiae carminis. Hoc est, ambæ aures. Hebraismus est, ut filii mortis, &c. Sic aures dicuntur filiae carminis, quia versantur in carminibus, & audiunt canticum. In senectute autem flaccescunt, obsurdescunt, id quod ingens malum est, non posse amplius audire verbum Dei, &c.

**E**Xcelsa quoque timebunt. Hoc est, superior pars animæ, quia omnes naturaliter timent mortem propinquam, etiam secundum partem superiorem, corpori

compatientem. Vel, excelsa sunt, caput & humeri, qui in senibus incurvantur.

**E**t formidabunt in via. Senes semper incedunt more timentium, horrent eminentiora saxa & colliculos, omninoque lento gradu & timide incedunt.

**F**lorebit amygdalus. Caput canescet. Amygdalus enim præ aliis arboribus stat canibus floribus. Ab hac igitur amygdalo sumit metaphoram canescens senis. Sicut flores arborum signum sunt instantis æstatis, sic canities capitum, signum est instantis mortis.

**I**mpingabitur (vel) onerabitur locusta. Hoc est, similis est talis senex locusta. Ossa enim extant, & corpus est exhaustum, estque mera quedam mortis imago. Pro locusta Hebrei habent, Hagab, estique avis quadrupeda nostris regionibus ignota. Per eam autem quidam hic intelligunt spinam dorsum, quæ oneratur vel incurvatur in senio. Vel impinguabitur locusta, hoc est, intumescent pedes podagra, &c.

**D**issipabitur capparis. Id est, cessat voluntas vel concupiscentia carnis. Capparis enim est herba, luxuriam prouocans. Senex nulli re iucunda frui potest: Nulla eius iucunda est cogersatio, vel colloquiu, sed est viuum cadauer.

Quo

**Q**uoniam ibit homo in dominum aeternitatem.  
Hoc est, Nihil restat nisi quod homo vadat in sepulchrum, quod dicitur dominus aeternitatis, quia homo illuc vadit, & inde non revertitur. Cogit autem hic locus omnia supradicta intelligere de senectute.

**E**t circumibunt in platea plangentes. Vult di cere, Time Deum, antequam ad hoc peruenias, ut amici te plangant, post mortem scilicet.

**A**ntequam rumpatur funiculus argenteus.  
Funiculus argenteus est harmonia, qua elementa & membra colligantur in corpore, quæ rumpitur in morte.

**E**t recessit vitta aurca. Hoc est, antequam nobilis illa vitta recessit ad suum fontem, hoc est, Deum, unde profluxit.

**E**t coeteratur hydria super fontem. Hoc est, antequam celset anhelitus & vita. Fos dicitur hic cor, à quo procedunt spiritus vitales, sicut aquæ viuidæ ex fonte. Hydria est compago cæterorum membrorum, recipiens vitam à corde, quæ conteritur super fontem, quia moritur cum corde.

**E**t confingatur rota super cisternam. Rota caput est: vel, Rota stomachus est, & alias membra, quæ præstât corpori alimenta.

**E**t revertatur puluis in terrâ, &c. Alludit Salomon ad illud Genesij: Terra es, Genes. 3

&amp; in terram ibis.

*Genes. 2* **E**T spiritus reuertatur ad Deum, qui dedit il-  
lum. Alludit & hic in locum Genesij: In-  
spirauit in facie eius spiraculum ritæ. Non  
autem definit quo abeat spiritus, sed quod  
ad Deum reuertitur a quo venit. Quam cer-  
tum igitur est, quod corpus in puluerem re-  
digitur, tam certum est, quod spiritus ad  
Deum vadit iudicandus. Hac igitur tam lon-  
ga digressione, nihil aliud vult, quam ut a-  
gnoscentes iuuentutis commoda, & sene-  
ctutis incommoda, in iuuentute Deo seruia-  
mus, &c. Neminem quidem repellit Deus,  
*Tren. 3* etiam in senectute resipiscere: Sed pau-  
ci sunt, quibus contingit in senectute rehipi-  
scere. Et, Bonum est viro cum portauerit iu-  
gum ab adolescentia. Ex omnibus his satis  
claret, Salomonem in fine superioris cap.  
non docuisse voluptuosam vitam, &c.

**V**ANITAS vanitatum, Dixit Ecclesiastes, &c.  
Ab hoc loco usque ad finem libri, epi-  
logat quæ dixerat & cœcludit librum. Non  
abs re autem eodem dicto concludit, quo  
incepit. Indicat enim se etiam post longam  
experientiam, nihil aliud dicere posse, quam  
quod in principio dixerat, nempe, quod o-  
mnia vana sint, & quod sub toto orbe ter-  
rarum, ac vasto illo creaturarum pelago,  
nullam nec satietatem nec plenitudinem  
appre-

apprehendere queat, quorsumcunq; se ver-  
tar. Recense omnia sub cælo (qualia sunt,  
Vxor, liberi, diuitiae, potentia, sapientia, gau-  
dium, fortitudo, iuuentus, senectus, sanitas,  
forma, voluptas, ratio, &c.) nihil inuenies,  
cui tutò fidere possis. Omnia denique quæ  
agimus, plerūque alium sortiuntur exitum  
quam opinabamur. Id vnum reliquum est,  
vt domino Deo in manum introspiciamus,  
& in illo, vt pote qui est omnis boni author  
& fons, rerum omnium saturitatem & tran-  
quillitatem, atque pacem cordium nōstro-  
rum quæramus.

**C**VMq; esset sapientissimus Ecclesiastes. Hoc  
verbo addit commendationē doctrinę  
suz, ne quis vita ipsius offensus, minus tri-  
buat verbis suis. Quis autē eius doctrinam  
contemnat, quem constat fuisse sapientissi-  
mum, ad cuius sapientiam audiendā, ab vlti-  
mis terrarum angulis plurimi confluebant.  
3. Reg. 48

**D**OCEBAT populum. Altera commendatio,  
quod sapientiam sibi à Deo datam no-  
luit domi premere, ac sterilem relinquere,  
nec sibi soli viuere, sed ea prōptissimè suis  
subditis inseruuit. Quid autē mali timen-  
dum ab eo, qui nedum gladio, sed maximè  
verbo doctrinæ regere studuit populum?

**E**NARRAVIT quæ fecerat. Alia commenda-  
tio ab experientia, quod ea ipsa quæ

docuit, experitus est. Cur autem non credamus experto?

**I** Naestigans composit. De parabolis eius  
lege 3. Reg. 4

**Q** Vae sunt verba utilia. Hoc est, studuit  
1. Tim. 1 prodesse dignis & salutaribus ver-  
bis, tēu ut Paulus ait, quæ sunt verba omni  
acceptione digna. Ea autem doctrina ut ve-  
ra acceptanda est, quæ non curiosa (quem-  
ādmodum Philosophi fecerunt) sed utilia  
prōponit.

**C** Onscripsit rectè sermonem veritatis. Hoc  
est, non inuoluit obscuritate, sicut so-  
lent illi imitatores, qui cum non rectè intel-  
ligant, neque rectè docent. Signum scientis  
est, posse rectè docere, ait Aristoteles. Et  
Demosthenes interrogatus, quomodo quis  
rectè diceret: Respondit, Si nihil diceret, ni-  
si quod bene sciret. Est igitur etiā hic com-  
mendatio authoris, quasi diceret: Bene &  
clare docuit, ita ut nemo non possit ex il-  
lius libro intelligere, quid cogitare, quid  
conari, quid facere debeat aut non.

**V** Erba sapientum sicut stimuli. Alia com-  
mendatio sanæ doctrinæ, quod non  
palpat, sed stimulat & pungit. Non cōniūct  
carnalibus, sed ad bonum incitat. Vbi econ-  
tra Pseudapostoli, per dulces sermones se-  
ducent corda innocentium.

Et sicut

**E**t sicut clavi in altum confixi. Alia cōmen  
datio sanæ doctrinæ, quod non separat,  
diuidit, aut se iungit, sed unit credentes, sicut  
clavi vniunt astères. Contra Pseudapostoli  
in plures sectas discerpunt credentes.

**P**er Magistrorum consilium conscripta.  
Alia commendatio doctrinæ, quod per  
magistros approbata est, imo per ipsam Ec-  
clesiam, quæ in hoc libro agnouit Spiritum  
sanctum loqui, vnde & ipsum approbavit.  
Ex hoc loco coniici potest, fuisse aliquos  
ordinatos in populo Iudeorum, quorum  
officium erat relegere libros & veras hi-  
storias, quas diligenter in annales, ut sic  
compararent libris autoritatem, & appro-  
barent qui digni essent lectu. Deinde vide-  
mus hic, librum hunc non à Salomone esse  
scriptum, sed per sapientes eius, prout ex  
ore eius excepérant.

**E**t à pastore uno data. Hæc est summa  
commendatio sacræ scripture, quod  
ab uno illo & vero pastore data est, nempe  
à Dœo. Non enim voluntate humana allata  
est aliquando Prophetia, sed Spiritu san-  
cto inspirati locuti sunt sancti. 2. Petr. i

**H**is amplius fili mi ne requiras. Exhorta-  
tio est, ut contenti simus his libris, qui  
sunt probati ab his, qui habent Spiritum  
sanctum, & agnouerūt datos ab uno magi-  
stro.

stro. Non abs re autē hoc monet, tum quia  
natura curiosi sumus, quæ curiositas nō pa-  
rum multos decepit, id quod videmus in pri-

**Gene. 3** mis parentibus : tum quod etiam diabolus

**2. Cor. 11** transfigurat se in angelum lucis. Imō est si-  
mia Dei, qui Deū in omnibus operibus imi-  
tari conatur , quemadmodum simia homi-  
nem. Qui igitur discernere nescit simiā ab  
homine, & diabolum ab angelo lucis, is faci-  
lē seducitur. Præterea plerunque cūm Deus  
fuscat verbū suum, stant, & surgunt hære-  
tici , qui æmulatione quadam populum ad  
se auertunt. Sic Moyses instituit cultum di-  
uinum , mox secuti sunt illius simiæ & ere-  
xerunt Idola. Idem contingit in artificiis.  
Monet igitur, vt cōtentī simus ea doctrina,  
quam ipse dedit. In hoc enim libro habes  
omnia, quæ ad doctrinam Christianā perti-  
nent, nempe legem, hoc est, doctrinas, quæ  
te humiliant: Euangeliū quod rursum sub-  
leuat, itēmque doctrinas & regulas morum  
& vitæ. Præterea additæ sunt plurimæ &  
consolationes, & comminationes. Non au-  
tem hoc vult, vt tantūm hunc librum lega-  
mus, sed vt his contenti simus, quæ in hoc li-  
bro docentur. hoc est, lege, Euangelio, præ-  
cepsis, promissis, cominationibus.

**F**aciendi enim plures libros, nullus est finis.  
Ibi tangit infelicitatem humanæ natu-

rx, qua omnes imitatur istos veros ac optimos scriptores, sed magna infelicitate & incommodo. Scriptura sacra unus liber est, quia ad vnum tendit: Mundus autem eo non contentus est. Sensus igitur est, qui ab uno illo libro scripturarum sacrarum recedit, & ad multos illos, hoc est, ad varia hominum commenta se conuertit, is nunquam perueniet ad verum finem, qui Deus est. Vel nunquam perueniet ad veram scientiam, sicut Paulus ait: Semper 2. Tim. 3 discentes nunquam ad scientiam yeritatis pertingunt, qui omni vento doctrinae moveantur. Sicut igitur non temere quis esculetur citra delectum palato admittimus, nisi antea simus per omnia certi: sic quoque, imo multo diligentius curandum est, ne quasuis quorumlibet nugis tua lectione digneris. Primum enim illud corporis tantum pericolo agitur. Alterum vero istud, animae. Praterea etiam hoc subindicare vult, ut sicut in bene ordinata politia cauetur, ne quicquam mercium publico foro exponatur, nisi antea per quosdam rerum peritos censores sint conspecta: sic hic potissimum aduigilandum esset, ut nihil librorum in publicum ederetur, nisi prius conspectum esset a viris probatis. &c.

**F**requens enim meditatio carnis est afflictio. Hoc dicit non de personali afflictione ipsius scribentis, sed discipulorum vel auditio

ditorum, quasi dicat: Ipsū suis multis scriptis nihil aliud agunt, quam quod homines affligunt & incertiores reddunt, quibus tamen consulere volebant.

**F**inem loquendi omnes pariter audiamus. Epilogum positurus & summam totius Christianæ doctrinæ, præmittit exhortationem, ne quis vel hoc unū negligat. Egregium autem artificē se in hoc epilogo præstít Salomon. Primo enim brevissimis verbis eum absoluit, ne quis se excusare possit. Secundò, duō præcepta ponit, quorum alterum internum hominem, alterum externum respicit: Contra eos, qui vel tantum fidem vel tantum opera docent. Ad hoc enim natus est homo, ut creatorem suum & corpore & anima veneretur ac colat. Tertiò, ea potissimum ponit, circa quæ nemo potest esse vel dici verus Christianus. Postremo, etiam verum ordinem seruat. Primo enim ponit quæ ad internum hominem, postea quæ ad externum pertinent.

**D**eum time. Nō simpliciter dicit, Time. Nam & impij timent, imò cùm male Leuit. 26 sibi conscijs sint, non timere non possunt: Ti Prou. 28 met enim impius à sonitu folij cadentis, & fugit nemine persequente. Deinde non dicit, Time pœnā. Is enim timor seruiliſ est, & semper secum habet odium eius quē timemus:

nemus : sed dicit, Time Deū. Is autē timor filialis dicitur, qui nihil aliud est, quā reuerentia quædam cum amore coniuncta, imo ipsissimus Dei cultus & pietas. Vbi enim Deus metuitur, ibi verē colitur, quando interim impij securē agentes, suisque libidinibus seruientes, Deum contemnunt & negligunt. De hoc timore plena est omnis scriptura, lege Ecclesiasticum cap. 2. Hic autem timor vel reuerentia ad Deam tunc in nobis oritur, cum per fidē eius promissiones, imo eius bonitatem apprehendimus. Quis enim non revereatur & colat eum, qui tam benevolum se nobis ostendit in Christo?

**E**t mandata eius obserua. Alterum præceptum, ipsa opera concernens. Porro qui summatim præcepta Dei scire velit, audiat Christum dicentem, In his duobus manda-  
tis tota lex pendet & Prophetæ: Diliges do-  
minum Deum tuum, &c. & diliges prox-  
imum tuum sicut te ipsum. Nemo autem ea  
præcepta implet perfectè, nisi per fidem in  
Christum accipiat Spiritum sanctum, quo  
charitas diffunditur in cordibus nostris.

Matt. 22

**H**oc est omnis homo. Id est, ad omnes ho-  
mines pertinet, & omnibus est utile.  
Aliis generibus vitæ quaeritur quaestus, isto  
pietas. Vel, Hoc est omnis homo, id est, ha-  
duæ partes iustitiae faciunt hominem perse-  
ctum

ctum in virtute.

**C**uncta quæ sunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, sive bonum sive malum sit. In fine admonet iudicij, id terrorem illorum, qui omnia alia contemnunt, nec verbis nec minis monentur. Hi enim Deo relinquendi sunt. Contemproribus enim verbi Dei, nihil restat, nisi terribilis quadam expectatio futuri iudicij, &c. Quod autem addit, Pro omni errato: Alij habent Pro omni abscondito, ut sciamus nedum crassa illa peccata in iudicium adducenda, sed & abscondita. Non solum autem in futuro iudicabit Deus, sed & nunc iudicat impios variis flagellis, &c. Consolatio autem piorum est, quod omnia eorum bona, etiam quæ mundus non videt, in iudicio manifesta erunt. Nihil enim opertum, quod non reuelabitur.

Matt. 10

Finivit Annotationes in Ecclesiastem Salomonis.

S O L I D E O G L O R I A .

L V G D V N I,

Excudebat Philibertus  
Roletius.

20 Q 25 m 3 5

1700. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

1700. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

CONFESSIONES

unt, adducet Deus in iudicium  
to, sine bonum sive malum sit.  
coram illorū,